

NOVA
CLAVIS HOMERICA:

Cujus ope
Aditus ad intelligendos ſine Interprete
ILIADIS LIBROS
omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt selectæ Clariſſ. Virorum
CLARCKII, ERNESTI, SPONDANI, cet.
Annotationes & Scholia.

Opera
JOANNIS SCHAUFELBERGERI,
Publici in Schola Turic. Pædagogi.







Tom. III.


Α. —— Ρ.

TURICI,
LITTERIS HEIDEGGERI ET SOCC.
MDCCLXIV.



LECTORIBUS GRÆCARUM LITTERARUM Studiosis

S. P.



CUM in Præfatione, quam *Tomo Primo* Clavis hujus Hom. præmisi, recensionem quandam Virorum Eruditiss. qui paucis abhinc annis hos illosve Auctores Graecos luci publicæ exposuere, instituí, non ingratum, ut spero, Vobis erit, si eam sum hac vice continuaturus.

I. *Celeb.* PET. BURMANNUS SECUNDUS. 1760. edidit *Aristophanis Comœdias Undecim.* græce & lat. ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatas, cum nova octo Comœdiarum interpretatione latina, & notis ad singulas ineditis *Stephani Bergleri*, nec non *Car. Andr. Dukeri* ad quatuor priores. &c. 2. Vol. 4to. Lugd. Batav.

II. *Celeb.* J. AUG. ERNESTI. 1761. ed. *Callimachi Hymnos, Epigrammata & Fragmenta.* cum notis integris *H. Stephani*, *B. Vulcanii*, *Annæ Fabri*, *Th. Grævii*, *R. Bentleji*; quibus accedunt *Ezechielis Spanhemii* Commentarius, & notæ nunc primum editæ *Tib. Hemsterhusii* & *Dav. Ruhnkenii.* 2. Vol. 8°. Lugd. Batav.
2.) *hoc anno:* prodierunt *Xenophontis Opera*, græce & latine, ex recensione *Ed. Wells.* accedunt Dissertationes & Notæ Virorum doctorum, cura *Car. Aug. Thieme.* — cum præfat. I. AUG. ERN. Vol. I. & II. Lipsiæ.

III. *Celeb.* J. FRID. FISCHER. *hoc anno: Theophrasti Characteres* recensuit, animadversionibus illustravit, atque indicem Verborum adjecit. Accessit Commentarius *Isaaci Casauboni.* Coburgi.

IV. *Celeb.* LUD. CASP. VALCKENAERIUS. 1755. ed. *Euripidis Tragœdiam*, *Phœnissas.* interpretationem addidit *H. Grotii*; græca castigavit e MSS. atque adnotationibus instruxit; Scholia, partim nunc primum evulgata, subjecit. Franequeræ.

V. *Celeb.* J. ADAM SCHIER. 1762. luci exposuit *Luciani Samosat de Somnio*, seu *Vita Luciani*, gr. & lat. ex rec. *Tib. Hemsterhusii* Lipsiæ & Guelpherbyti.

VI. *Cel* JER. NICOL. EYRING. 1762. ed. *Chrestomathiam Tragicam*, tres integras Tragœdias continentem, *Æschyli Prometheum*, *Sophoclis Ajacem*, *Euripidis Phœnissas.* auctoritate *J. Matth. Gesneri.* Gœttingæ.

VII. *Cel.* JO. MICHAEL. HEUSINGER. 1741. ed. *Juliani Imp. Cæsares*, cum integris adnotationibus aliquot doctorum Virorum; & selectis *Ezech. Spanhemii.* interpretatione item latina & gallica, additis Imperatorum nummis, ex instituto & bibliotheca *Chrift. Sigism. Liebe* &c. Gothæ. 2.) 1756. *Fabulas Æsopicas Græcas*, quæ *Maximo Planudi* tribuuntur: ad veterum librorum fidem emendatas, cum *Joach. Camerarii* interpretatione latina, *Joh. Hudsoni* suisque adnotationibus & indice omnium verborum edidit. Isenaci & Lipsiæ.

VIII. *Cel.* JO. GEORG. HAGERUS. Ejus opera exstat *Homeri Ilias.* græce & lat. ad præstantissimas Editiones accuratissime expressa. 2. Vol. Chemnicii. 1745 — 1753.

Prodierunt etiam Glasguæ:

1741. *Anacreontis & Sapphonis carmina.* gr. & lat.

1744 *Omnia Pindari, quæ extant. Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.* cum interpretatione latina. 2. Tom.

1745. *Sophoclis Tragœdiæ, quæ extant, septem;* cum versione latina. Additæ sunt Lectiones variantes, & notæ Viri doctissimi *T. Johnson* in quatuor Tragœdias. 2. Tom.

1746. *Æschyli Tragœdiæ, quæ extant, septem;* cum Versione latina, & Lectionibus variantibus. 2. Tom.

- - - *Theocriti, quæ extant.* ex Edit. *Dan. Heinsii* expressa. græce.

1748. *Xenophontis de Agesilao Rege Oratio.* gr. & lat.

&c. &c.

In

In Præfatione, quam *Tomo Secundo* præmiſi, mentionem feci *Belurgerii* inſani in Homerum amoris; nunc non poſſum non aliam circa Homerum inſaniæ ſpeciem commemorare. Occaſionem de ea dicendi mihi præbet *Schediaſma Philologico-Sacrum* Viri Clariſſimi, J. HENR. A SEELEN, quod ſuis *Miſcellaneis*, *Tom. I. p.* 68 *ſqq.* inſeruit, *quo Homerus paſſionis Chriſti teſtis a Jacobo Hugone productus rejicitur.* Hic *Jac. Hugo*, qui Inſulenſis Belga, medio fere ſeculo ſuperiori Canonici titulo inſignitus erat, An. 1655. Rom. 4. edidit *Veram Hiſtoriam Romanam, ſeu Originem Latii vel Italiæ ac Romanæ Urbis, e tenebris longæ vetuſtatis in lucem productam.* Quo libro (merito *Vir Clar.* inquit) an ullus unquam magis paradoxus lucem aſpexerit, vehementer dubito. Magnæ ſane magno conatu hic aguntur nugæ. In præmiſſa Promulſide, ſatis prolixa, uſum ſcriptorum gentilium in re ſacra variis, nec omnino ſpernendis, doctorum virorum teſtimoniis evincit *Hugo:* at dum omnia ſacra Chriſtiana, omnia myſteria in fabulis latere putat, furtoque gentilium nimium tribuit, a vero aberrat. Sententiam ſuam auctoritate quidem Petrina & Sibyllina corroborare laborat, ſed quam infeliciter, *Vir Doctiſſ.* oſtendit, dum de fundamentis, quibus nugas ſuas ſuperſtruxit *Hugo*, diſpexit. In ipſo libro ex *Homero* non modo

IV. *Celeb.* LUD. CASP. VALCKENAERIUS. 1755. ed. *Euripidis Tragœdiam*, *Phœnissas.* interpretationem addidit *H. Grotii*; græca castigavit e MSS. atque adnotationibus instruxit; Scholia, partim nunc primum evulgata, subjecit. Franequeræ.

V. *Celeb.* J. ADAM SCHIER. 1762. luci exposuit *Luciani Samosat de Somnio*, seu *Vita Luciani*, gr. & lat. ex rec. *Tib. Hemsterhusii* Lipsiæ & Guelpherbyti.

VI. *Cel* JER. NICOL. EYRING. 1762. ed. *Chrestomathiam Tragicam*, tres integras Tragœdias continentem, *Æschyli Prometheum*, *Sophoclis Ajacem*, *Euripidis Phœnissas.* auctoritate *J. Matth. Gesneri.* Gœttingæ.

VII. *Cel.* JO. MICHAEL. HEUSINGER. 1741. ed. *Juliani Imp. Cæsares*, cum integris adnotationibus aliquot doctorum Virorum, & selectis *Ezech. Spanhemii.* interpretatione item latina & gallica, additis Imperatorum nummis, ex instituto & bibliotheca *Christ. Sigism. Liebe* &c. Gothæ. 2.) 1756. *Fabulas Æsopicas Græcas*, quæ *Maximo Planudi* tribuuntur: ad veterum librorum fidem emendatas, cum *Joach. Camerarii* interpretatione latina, *Joh. Hudsoni* suisque adnotationibus & indice omnium verborum edidit. Isenaci & Lipsiæ.

VIII. *Cel.* JO. GEORG. HAGERUS. Ejus opera exstat *Homeri Ilias.* græce & lat. ad præstantissimas Editiones accuratissime expressa. 2. Vol. Chemnicii. 1745 — 1753.

Prodierunt etiam Glasguæ:

1741. *Anacreontis & Sapphonis carmina.* gr. & lat.

1744 *Omnia Pindari, quæ extant. Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.* cum interpretatione latina. 2. Tom.

1745. *Sophoclis Tragœdiæ, quæ extant, septem*; cum versione latina. Additæ sunt Lectiones variantes, & notæ Viri doctissimi *T. Johnson* in quatuor Tragœdias. 2. Tom.

1746. *Æschyli Tragœdiæ, quæ extant, septem*; cum Versione latina, & Lectionibus variantibus. 2. Tom.

- - - *Theocriti, quæ extant.* ex Edit. *Dan. Heinsii* expressa. græce.

1748. *Xenophontis de Agesilao Rege Oratio.* gr. & lat.

&c. &c.

In

In Præfatione, quam *Tomo Secundo* præmisi, mentionem feci *Belurgerii* insani in Homerum amoris; nunc non possum non aliam circa Homerum insaniæ speciem commemorare. Occasionem de ea dicendi mihi præbet *Schediasma Philologico - Sacrum* Viri Clarissimi, J. HENR. A SEELEN, quod suis *Miscellaneis*, *Tom. I. p.* 68 *sqq.* inseruit, *quo Homerus passionis Christi testis a Jacobo Hugone productus rejicitur.* Hic *Jac. Hugo*, qui Insulensis Belga, medio fere seculo superiori Canonici titulo insignitus erat, An. 1655. Rom. 4. edidit *Veram Historiam Romanam*, *seu Originem Latii vel Italiæ ac Romanæ Urbis*, *e tenebris longæ vetustatis in lucem productam.* Quo libro (merito *Vir Clar.* inquit) an ullus unquam magis paradoxus lucem aspexerit, vehementer dubito. Magnæ sane magno conatu hic aguntur nugæ. In præmissa Promulside, satis prolixa, usum scriptorum gentilium in re sacra variis, nec omnino spernendis, doctorum virorum testimoniis evincit *Hugo*: at dum omnia sacra Christiana, omnia mysteria in fabulis latere putat, furtoque gentilium nimium tribuit, a vero aberrat. Sententiam suam auctoritate quidem Petrina & Sibyllina corroborare laborat, sed quam infeliciter, *Vir Doctiss.* ostendit, dum de fundamentis, quibus nugas suas superstruxit *Hugo*, dispexit. In ipso libro ex *Homero* non modo

 sacrum

ſacrum Hiſtoricum, ſed etiam Vatem divinum facere conatur. Non enim Veteris Teſtamenti hiſtorias ſolum, ſed Novi etiam, ante cujus tempora dudum vivere deſiit *Homerus*, in eo ſe reperiſſe opinatur. Unde, ut alia paradoxa taceam, *Homerum* non ceciniſſe Trojæ ruinam, ſed Hieroſolymæ excidium confidenter affirmat. Imo vero licuit ipſi recentiorum temporum homines, Lutherum, Bezam, & plures, in eodem invenire. Verum hæc & alia abſurda, quæ citaſſe eſt refutaſſe, hac vice non tangam. Solum reſpicio Liberatorem, de quo etiam poëtam eſſe vaticinatum, *Hugo* lectori ſtudet perſuadere. Per Herculem, Achillem, Merionem, Martem, & alios heroas, *Salvatorem* intelligit. Jaſon ac Jaſius ipſum ſanctiſſimum *Jeſu* nomen: Diana autem, Juno, Minerva, Pallas *Servatoris divinitatem* ex ipſius mente ſignificant. *Matrem Chriſti* in Alcmena, Maja, Venere, Thetide & aliis ſe inveniſſe credit; ſicut in Heſione, Berecynthia, Cybele, *Eccleſiam*. Pollux, Hector, Ajax & Antenor de *Paulo*: Æneas, Capys, Patroclus, Glaucus atque Ulyſſes de *Petro*: Anius de *Joanne*: Panthus de *Jacobo*: Proteſilaus de *Stephano*: Priamus, Menelaus, Deiphobus, Dardanus de *Judæis*: Sarpedon, Hecuba, Polyxena, Andromache de *gente Judæa*: Paris de *Phariſæis*, & ſic porro, ab eo explicantur. Primum Helenæ raptum,

ab

ab Hercule factum, de *Christi incarnatione*: secundum, a Menelao factum, de ejus *natali*: tertium, a Paride factum, de ejus *morte* disertis verbis interpretatur. Xanthum, Trojæ fluvium, putat adumbrare *Jordanem*, in quo Christus sacro lavacro tinctus. Totum Bellum Trojanum de *spirituali Liberatoris certamine* adversus malignum spiritum, Judæos & omnes hostes exponit. Clava Herculis, nec non Achillis hasta, quæ ob gravitatem ab alio portari non potuit, *crucem Christi* præfiguratam esse fingit. Junonem a Jove verberatam *θεάνθρωπον passum* designare existimat. Stygius amnis ipsi est *infernus*, Cerberus ab Hercule divictus *diabolus*: Æsculapius autem paterno fulmine ad umbras detrusus, nec non Achilles mortuis imperans, typi sistuntur *Christi ad inferos descendentis*. Fletu ob defunctum Adonidem *luctum propter mortuum Servatorem* indicari arbitratur. Ipsos *latrones*, una cum Christo cruci affixos, per Licham & Philoctetem innui censet. Paucis: nulla fere est in tota Christi & passionis ipsius historia circumstantia, quam ex *Homeri* scriptis, Iliade præsertim, non ausus sit extorquere. Plenus est (ut Romana taceam) totus liber ejusmodi paradoxis, quibus unus alterve forsan ingenii quid, judicii autem nihil inesse prudentes omnes censebunt. Vid. etiam *Ejusdem Miscellan. Tom. II. p.* 281. *sq.*

Quid

Quid de ejusmodi Comparationibus ſentiendum ſit, docet etiam *ſumme Vener.* MOSHEMIUS in ſuis *Cogitat. de eo, quod uſtum eſt circa S. Litterarnm ex profanis Scriptoribus interpretat. & emendat.* (quæ exſtant in *Diſſert. ad ſanctiones diſciplinas pertinent. Syntagm.*) *p.* 255. *ſq.*

Valete interim, meamque, quam *Tertio* huic *Specimini* dedi, operam benigne interpretamini. *Scripſi* TURICI, XIIX. KAL. DECEMBR. MDCCLXIII.

QUINTILIAN. *Inſtitut. Orat. Lib. X. Cap. I. §. V.*

Ut Aratus ab *Jove* incipiendum putat, ita nos rite cœpturi ab HOMERO videmur. Hic enim (quemadmodum ex Oceano dicit ipſe amnium vim fontiumque curſus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis ſublimitate, in parvis proprietate ſuperaverit. Idem lætus ac preſſus, jucundus & gravis, tum copia, tum brevitate mirabilis; nec poetica modo, ſed oratoria virtute eminentisſimus.

CLAVIS

CLAVIS HOMERICA,

IN Α. ILIADIS.

V. 1.

Τιθωνὸς, filius Laomedontis, ab Aurora adamatus, & in virum electus.

V. 2.

Ὤρνυθ', surgebat.

V. 3.

Ἔρις, ιδος, ἡ, contentio. *h. l.* Dea contentionis author. in qua significatione deducunt ab εἴρω: παρὰ τὸ εἰς μάχην εἴρειν, i. e. συμπλέκειν.

V. 8.

Τοί ῥ', qui *duo* utique.

V. 10.

Ἤϋσε θεὰ μέγα τε] Clamor militum ad pugnam exeuntium, μεγαλοπρεπῶς. Infra v. 50. ἄσβεστος δὲ βοὴ γένετ'. CLARK.

V. 11.

Ὄρθια, τὰ, *Adverb. hic usurpatur*, alta & intenta voce. ab ὄρθιον, ου, τὸ, carmen, quod voce sublatissima cantatur, classicus cantus. *Vel* ab ὄρθιος, recta in altum tendens. ab ὀρθὸς, rectus.

V. 12.

Ἄλληκτον, indesinenter.

V. 15.

Cingulo totam armaturam ambiente instructum esse bellatorem inprimis decebat. &c. Vide ad Δ. 132—138. idcirco Homerus inducit Agamemnonem, Græcos ad arma capienda hortantem, his verbis:

Ἀτρείδης δ' ἐβόησεν, ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν
Ἀργείους. ——

Idem Poëta, cum illum Heroem, Deo belli non absimilem, describit ζώνη sua, hac parte (ut observat *Pausanias*) totam armaturam intelligit. Romani idem usurpare solebant, ut patet ex *Plutarcho* in *Coriolano*; nec non apud Persas obtinuit; quamobrem *Herodotus Urania*, seu *Lib. VIII.* refert, Xerxem, cum Abderam pervenisset,

Athenis fugientem, ac se a periculo tutum existimantem, *Zonam solvisse*, hoc est, *armis se exuisse*. Sed ζώνη latius sumitur, quam ζωστὴρ; usurpatur enim pro μίτρη. POTT. *Tom. II. p.* 25. *sq.* add. FEITH. *L. III. C. VI.* §. *VI.*

v. 16.

Νώροπα χαλκὸν] Vide supra ad B. 578. CLARK. Verte: *Splendida arma.* ERN.

v. 20.

Ξεινήϊον εἶναι, *pro* εἰς τὸ ξεινήϊον εἶναι, ut hospitale munus esset. Ita *K. v.* 269.

v. 21.

Πεύθετο, Audiebatur.

Κύπρον δε, ad Cyprum usque.

v. 22.

Ἀναπλεύσεσθαι ἔμελλον, navigaturi essent. ἀναπλέω, *fut.* εύσω, provehor in altum, e portu solvo. 2.) navigo.

v. 24.

Οἶμος, ου, ὁ, *vel* ἡ, via, semita. 2.) virga. ab οἴμη, ης, ἡ, *idem.*

Κύανος, ου, *vel* κυανὸς, οῦ, ὁ, color coeruleus, qualis cœli est. 2.) lapis *seu* succus in metallis concretus, coerulei coloris.

v. 25.

Κασσίτερος] ου, ὁ, stannum, plumbum album.

v. 26.

Ὀρωρέχατο, surgebant: porrecti erant. 3. plur. plusq. perf. ind. pass. *Jon.* pro ὀρωρεγμένοι ἦσαν. v. ὀρέγω, porrigo; extendo.

v. 27.

Ἴρισσιν, iridibus. *pro* ἴρισι. ab ἶρις, ιδος, ἡ, iris, *arcus cœlestis.*

v. 27. 28.

Homerus de *Iride* loquens, eandem plane ac Divinæ Litteræ sententiam referre videtur. Nam describens *h. l.* Agamemnonis armaturam, in ejus thorace ait cæruleos exsculptos esse dracones Iridibus similes, quas Saturnius in nube constituit, ut signum essent hominibus.

— Ἴρισσιν ἐοικότες, ἅστε Κρονίων
Ἐν νέφεϊ στήριξε, τέρας μερόπων ἀνθρώπων.

Miror,

Miror, *Spondanum* verum apertumque loci hujus sensum non vidisse. Postquam enim duo esse Iridum genera affirmavit, unum minus usitatum earum, quæ per meridiem aut noctu conspiciuntur; earum alterum commune ac vulgare extra miraculum, ostentumque apparentium in madidis nubibus seu vespere contra Solem in Oriente, positis, seu mane in Occidente, censuit primi generis Irides ab Homero esse indicatas. At nonne multo probabilius videatur, id ipsum, quod Moyses narrat. (*Gen. c.* 9.) Vatem exprimere voluisse, nimirum arcum statutum a Deo in nubibus, ut signum esset pacti, quo fidem suam hominibus obstrinxit, spoponditque, nunquam amplius futurum, ut universam terram aquis diluvii demergeret? Neque obstat, quod Vates non *Iridem*, sed *Irides* dixit; cum enim plures essent in Agamemnonis thorace excalpti dracones, qui varios lumine percussi referebant colores, bene apteque eos comparat *Iridibus*. Accedit, quod una Iris alteram sæpe gignit in nubibus. Sed neque moveor, quod Iridem τέρας vocaverit, hoc est non simpliciter *signum*, sed *prodigium*, atque *ostentum*. Nam licet Iris in nubibus naturaliter appareat, tamen quod Deus in ea fœderis cum hominibus a se initi *signum* statuerit, maximum semper *prodigium ostentumque* habenda est. Opinionem meam adversus *Spondanum* valde confirmat verbum στήριξε, *statuit*, quo usus est Vates, nam mire Moysis locutioni consonat, qui Deum Noacho dicentem inducit: (*v.* 11.) *Statuam pactum meum.* & rursus: (*v.* 17.) *Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me & omnem carnem super terram.* Non tamen inficiabor, Irim etiam ominosam ab Homero descriptam, (*Lib. XVII. v.* 547.) quam vocat *purpuream*, πορφυρέην ἶριν, colore scilicet cometarum imbutam, quam diserte ait ab Jove in cœlo extendi, ut signum sit mortalibus vel belli, vel tempestatis frigidæ:

— — Τέρας ἔμμεναι ἢ πολέμοιο,
Ἢ καὶ χειμῶνος δυσθαλπέος, — —

Sed sicut hæc ad genus minus usitatum pertinere liquet, ita illas ad commune genus referri ob allata argumenta judicamus. RICC. *Diss. Hom. Tom. II. p.* 236. *seqq.*

v. 30.

Κυλεὸν, οῦ, τὸ, vagina.

v. 31.

Ἀορτὴρ, ῆρος, ὁ, lorum *seu* funis, quo ensis, vel clypeus, vel pera appenditur. A nomin. plur. ἀορτῆρες, addendo σι, fit dat. *Poët.* ἀορτήρεσσι.

v. 32.

Ἂν δ' ἕλετ', Sustulit autem.

v. 34.

(ἐκ) κασσιτέροιο, ex stanno! Materia, e qua aliquid fit, quum Genitivo exprimitur, suppressam habet præpositionem ἐκ. Ita *v.* 35. *μέλανος κυάνοιο, unus* ex nigro cyano. BOS *Ell. Gr. p.* 315. & in nova Edit. Norimb 1763. *p* 489.

Stannum quoque fuit in Heroum armis; ut in thorace Agamemnonis, *h. l.* ocreis Achillis, *Il. XVIII. v.* 612. clypeo Æneæ, *Il. XX.* 271. & aliis id genus. *Auri* quoque *& argenti maximus usus* Heroum armis passim apparet. At *Il. II.* 872. Amphimachus vituperatur, quod instar puellæ aurum gestans ad bellum profectus sit. FEITH. *L. IV. C. X. §. III.*

v. 36.

Τῇ δ' ἔπι, In eo autem.

Γοργὼ, Gorgon. De *Gorgonibus* vid. NAT. COM. *Mythol. Lib. VII. Cap. XII. Dictionn. Poët. portat. p.* 212. *sq.* DU PUY *Mythol. Tom. II. p.* 88. *sq.* cet.

Βλοσυρῶπις, ιδος, ἡ, habens oculos truces, trux oculis. a βλοσυρὸς, ρὰ, ρὸν, terribilis adspectu, torvus, truculentus: & ὢψ, ὠπὸς, ὁ, oculus: adspectus, vultus.

Ἐστεφάνωτο, adornata erat.

v. 37.

Δεινὸν δερκομένη, Horrendum aspiciens.

v. 38.

Ἐπὶ *hic* supra.

v. 39.

Ἐλέλικτο, sinuabatur. plusq. perf. ind. Pass. v. ἐλελίζω, torqueo. *sine augmento.*

v. 40.

Ἀμφιστεφὴς, έος, ὁ, ἡ, utrinque coronatus, redimitus: sibi mutuo innexus: in orbem curvatus. ex ἀμφὶ & στέφω.

Ἐκ δὲ

Ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυῦιαι, una cervice enata.
Ἐκπεφυῦιαι, præt. part. Med. v. ἐκφύομαι, enafcor.

v. 44.

Ἀπ' αὐτόφιν, *pro* ἀπ' αὐτῶν, ab ipfis.
Οὐρανὸν εἴσω, *ad* cœlum usque.

v. 48.

Κατὰ κόσμον ἐρυκέμεν, in ordine tenere.
Ἐπὶ τάφρῳ, ad foffam.

v. 49.

Σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες Ῥῶοντ'.] Iftud Σὺν τεύχεσι, propter adjunctam *præpofitionem*, non refertur ad θωρηχθέντες, (vide E. 737. & Θ. 376. 388.) fed ad Ῥώοντο. Quemadmodum & latine dicitur, *armis armari*, non *cum armis armari*; e contrario, *cum armis hoftem aggredi*, recte dicitur. Vide fupra ad A. 528. 529. & ad Θ. 530. CLARK.

v. 50.

Ῥῶοντ', *pro* ῥώοντο, Alacres ruebant. *pro* ἐῤῥώοντο, ab *inufit.* ῥώομαι, *propr.* quatior, agitor, *h. l.* feftinanter & cum impetu feror.
Ἠῶθι, *adv.* in *vel* fub aurora, diluculo, mane. ἠῶθι πρὸ, ante auroram: πρὸ τῆς ἀνατολῆς, πρὸ ἡμέρας. *Schol.*

v. 51.

Φθὰν δὲ μεθ' ἱππήων ἐπὶ τάφρῳ κοσμηθέντες· Ἱππῆες δ' ὀλίγον μετεκίαθον·] Sententia eft: Progrediebatur exercitus eo ordine, ut priores ad foffam ftarent inftructi pedites; equites, e curribus pugnaturi, parvo interjecto fequerentur intervallo. Fieri quoque poteft, ut iftud Φθὰν comparate ad Trojanos ufurpetur: Prius fcilicet ad foffam Achivi erant inftructi ad defendendum, quam ad oppugnandum aggrederentur Trojani. CLARK.
Φθὰν, *Bæot.* pro φθῆσαν, pro ἔφθησαν, priores venerunt. a φθάνω.

v. 52.

Ὀλίγον, paululum poft.
Μετακιάθω, mutato loco abeo, abeo inde ad—, fequor. ex μετὰ & κίω, vado, eo.
Ἐν, inter *eos*.

v. 53.

Κατὰ — ἧκεν, demifit.

Ὑψόθεν, *adv.* ex alto, desuper. ab ὕψος, altitudo.

Ἐέρσῃ, *pleonasmo* τοῦ ε, pro ἕρσῃ, *seu* ἕρση, ης, ἡ, ros.

v. 54.

Μυδαλέος, έα, έον, humidus, madidus. a μυδάω, ῶ, præ nimio madore & humore vitior, putresco.

Ἔμελλε — προϊάψειν, Esset — præmature missurus.

v. 55.

Προϊάψειν] Vid. ad *Il. A.* 3. ERN.

v. 56

Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν] Explicato magnifice bellico Græcorum apparatu, nunc quoque Trojanorum aciei instructio describitur, id tamen angustius, quam illa superior: siquidem Duces tantum exercitus proponuntur; inter eos solius Hectoris alacritas & diligentia in imperando. Quinque autem sunt illi Duces: Hector, Æneas, Polybus, Agenor & Acamas, qui tres postremi filii sunt Antenoris. Videtur tamen Hector princeps omnium extitisse, ejusque imperio cæteros fuisse obnoxios. SPOND.

Ἑτέρωθεν ἐπὶ — ex altera parte *aciem instruebant* super —

v. 58.

Τρωσὶ, inter Trojanos.

Δήμῳ, a populo.

v. 62.

Οἷος δ' — ἀστὴρ] Singularis apud *Homerum* hujus imaginis pulchritudo, eo quod *Hectorem* ubique summa cum agilitate inter suos *ex intervallis* exhibeat *interlucentem.* CLARK. Vid. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 49.

Οὔλιος, exitialis: ὀλέθριος· λέγει δὲ τὸν Κύνα· περὶ οὗ καὶ ἀλλαχόθι φησὶν ὁ Ποιητὴς, καί τε φέρει πολὺν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι. *Schol.*

v. 63.

Τότε, (*Aliquando* —) interdum.

v. 64.

Ὁτὲ — Ἄλλοτε, Modo — Modo.

v. 65.

Πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ λάμφ', Totus vero ære Splendebat] Ornatum & apparatum ipsius Hectoris pluribus non persequitur, ut antea Agamemnonis: quasi doceat, ut ait *Eustathius,*

Eustathius, μὴ χρῆναι ἀεὶ γραφικῶς ἐμπλατύνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπιτροχάδην ὅτε δεῖ λαλεῖν. Est autem magnifica ista comparatio, qua armorum Hectoris splendor Jovis fulguri comparatur, & quæ possit longas illas armorum Agamemnonis descriptiones æquiparare. SPOND.

v. 66.

Στεροπή, ῆς, ἡ, fulgor, splendor. *h. l.* fulgur. *per Aphær.* pro ἀστεροπή, *Poët.* pro ἀστραπή. ab ἀστράπτω, splendeo: fulguro.

v. 67.

Οἱ δ', ὥς' ἀμητῆρες] Mire placuisse *Alexandro Magno* hosce quinque versiculos, refert *Dio*, *Orat. I.* CLARK. Conf. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 369. sq.

Ἀμητὴρ, ῆρος, ὁ, messor. ab ἀμάω, meto.

v. 68.

Ὄγμος, ου, ὁ, sulcus aratro factus: linea a messoribus facta, quum scilicet manipulos vel demessa secundum lineam disponunt.

Ὄγμον ἐλαύνωσιν, Segetes metendo transeunt *seu* obviam festinant.

Μάκαρ *h. l.* locuples, dives.

v. 69.

Πυρὸς, ου, ὁ, triticum, frumentum.

Κριθὴ, ῆς, ἡ, hordeum, planta granumve.

Δράγμα, ατος, τὸ, manipulus. a δράσσω, *seu* ττω, prehendo, manu corripio.

Ταρφὴς, έος, ὁ, ἡ, densus, creber, frequens. a τάρφος, εος, τὸ, densitas.

v. 70.

Ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες, in se invicem insilientes.

v. 71.

Δηόω, *h. l.* cædo: occido.

Οὐδ' ἕτεροι, neutrique.

Μνώοντ', pro μνώοντο, recordabantur. imperf. ind. *Jon.* & *Poët.* pro ἐμνῶντο, v. μνώομαι, pro μνάομαι, recordor.

Φόβοιο, fugæ.

v. 72.

Ἴσας δ' ὑσμίνη κεφαλὰς ἔχον, Æqualia autem in pugna capita

capita ferebant. *Ils combattent tous de pied ferme, & ne perdent pas un pied de terrein.* DAC. *Guerriers contre guerriers ils se disputent le terrein.* BIT.

v. 73.

Θῦνον, Ruebant.

Ἔρις πολύστονος, *La Discorde, mere des soupirs & des larmes.* DAC. *La cruelle Discorde.* BIT.

v. 74.

Παρατυγχάνω, intersum alicui actui, adsum, intervenio. *mox:* πάρειμι, *v. seq.* ex παρὰ & τυγχάνω, sum.

v. 76.

Καθήατο, sedebant. *Poëtæ* pro ἧντο dicunt fere ἧατο: Compos. καθῆστο· Et pro 3. plur. ἧντο *Jon.* dicitur ἕατο: *Poët.* εἵατο vel ἥατο; unde καθήατο. WELL. *Gramm. Gr.* p. 268.

v. 77.

Κατὰ πτύχας, per juga.

v. 78.

Ἠτιόωντο, accusabant. v. αἰτιάομαι, ῶμαι, accuso, culpo. ab αἰτία, caussa.

v. 79.

Ὀρέξαι, præbere.

v. 78. 79.

Πάντες δ' ἠτιόωντο — ὀρέξαι] *Les Dieux se plaignent, de ce que Jupiter vouloit accorder la victoire aux Troyens.* La Fidelité conjugale, la Justice, & toutes les bonnes qualitez qu'avoient les Grecs pour vaincre, se plaignent de ce que le Destin favorise l'injustice des Troyens, & de ce qu'il empesche que le crime ne soit puni. HARD. *Apol. d'Homere, p. 95. sq.*

v. 80.

Ὁ δὲ, νόσφι λιασθεὶς, sed secedens.] *Mais ce Dieu assis à l'écart sur son trône & environné de gloire & de majesté, &c.* Homere peint bien ici la majesté independante de ce maître des Dieux qui fait executer les decrets de sa providence. Il a resolu de faire honorer Achille, & ses desseins vont s'accomplir par la victoire des Troyens. DAC.

v. 86.

Δρυτόμος, ὁ, ὁ, *per Apoc.* pro δρυοτόμος, quercuum amputator; & *generaliter*, arborum incisor; lignator. a δρῦς,

δρῦς, υὸς, ἡ, quercus; *ſæpe pro omni arborum genere uſurpatur*; & Τέμνω.

Ὡπλίσσατο δόρπον, apparat prandium.

Ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ] Comme on n'avoit pas encore alors diviſé le jour par heures on en marquoit les différentes parties par des operations fixes & connues, comme par ce qui ſe paſſoit dans les marchez, dans le barreau, dans les temples. Par exemple on diſoit, *quand on revient du marché, quand les juges ſe levent de leurs ſieges, quand on offre tel ou tel ſacrifice.* L'agriculture a auſſi donné des dates très-certaines, *à l'heure que le laboureur dine, à l'heure que le laboureur délie ſes bœufs*; & ces dernieres dates ont même duré après l'établiſſement des heures. Ici Homere décrit l'heure de midi. DAC.

v. 87.

Ἐκορέσσατο, pro ἐκορέσατο, ſatiavit. v. κορέω, ſatio, ſaturo. ἐκορέσσατο χεῖρας] ἀντὶ τῦ ἔκαμεν, ἐκοπίασεν. *Schol.*

v. 88.

Ἄδος, εος, τὸ, & ἄδος, ȣ, ὁ, ſatietas. 2.) defatigatio, faſtidium. ab ἄδω, ſatio.

Ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμὸν, ſatiasque ejus cepit animum.

v. 89.

Περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ, circum præcordia deſiderium occupat.

v. 91.

Κεκλόμενοι, Adhortatione facta.

Ἐκ — ὄρȣσ', exiliit.

v. 92.

Ἕλε, interfecit.

v. 94.

Καταπάλμενος, *in eum* deſiliens. Decomp. ex κατὰ & ἐπάλμενος, *Poët.* pro ἐφαλλόμενος. quod ex ἐπὶ & ἅλλομαι, ſalio.

v. 95.

Ἰθὺς μεμαῶτα, recta irruentem.

Μετώπιον, in fronte. μετώπιον, ȣ, τὸ, interſtitium inter ſupercilia, frons. a μέτωπον, ȣ, *idem.*

v. 96.

Νύξ', Percuſſit.

Στεφάνη denotat *ſupercilium montis*, & ob hanc cauſam prædicatur de galeis, in quibus variæ ἐξοχαὶ ſeu *eminentiæ* exſtant; vid. *Heſych.* in voce Ἐξοχή. Homerus hanc ſpeciem notavit *h. l.*

— οὐδὲ στεφάνη δόρυ οἱ σχέθε χαλκοβαρείας,

— *neque galea haſtam ei repreſſit ære gravis.*

POTT. *Tom. II. p.* 24.

Χαλκοβαρής, έος, ὁ, ἡ, ære gravis. 2.) firmus, ſolidus. ex χαλκὸς & βάρος, εος, τὸ, pondus, onus.

V. 97.

Ἦλθε, penetravit.

Ὀστέον, ου, τὸ, os, oſſis.

V. 98.

Πεπάλακτο, fœdatum eſt: inquinatum erat. pluſq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐπεπάλακτο, v. παλάσσω, inquino, fœdo.

Δαμάω *hic* proſterno.

V. 100.

Στήθεσι παμφαίνοντας] Videtur mihi vox παμφαίνοντας eam habere vim, ut non dicat tantum *pectore nudatos*, ſed *pectora formoſa nudatos.* CLARK.

Περιδύω, circumveſtio, induo. 2.) *Attice*, exuo, detractis veſtimentis ſpolio, adimo.

Περίδυσε χιτῶνας] Hic locus falſam arguit traditionem Grammaticorum veterum, qui verbum hoc in ſignificatione *detrahendi*, *exuendi* Atticum dicunt. Ceterum Atticos, aut potius Atticorum imitatores, ut Joſephum, (VI. 11. 4. VII. 1. 1. XIII. 14. 3. &c.) frequentare verbum hoc ſenſu, verum eſt. ERN. (quum) exutas abſtuliſſet tunicas.

V. 101.

Ἐξεναρίζων, interfecturus.

V. 102.

Γνήσιος, ία, ιον, *vel* γνήσιος, ου, ὁ, ἡ, legitime genitus, originem habens legitimam. 2.) genuinus, ſincerus. *quaſi* γενήσιος vel γονήσιος, a γείνω, orior. Vide Νόθος *B.* 727.

Filiorum alii γνήσιοι, *legitimi* Homero dicti, alii νόθοι, *ſpurii*; uti *h. l.* diſtinguuntur. Et quidem Νόθους interpretatur *Scholiaſtes* ad *B.* 727. τοὺς ἐκ παλλακίδος, *qui e pellice eſſent editi.* FEITH. *L. II. C. XVII. §. III.*

V. 103.

v. 103.

Ἡνιοχεύω, habenas teneo, aurigor. ab ἡνίοχος, ου, auriga.

v. 104.

Παραβάσκω, e curru pugno. ex παρὰ & βάσκω, *idem quod* βαίνω.

Ὥ ποτ', quos olim: *pro* οὕς ποτε. Δωϊκῶς.

v. 105.

Ἴδης ἐν κνημοῖσι — Idæ in jugis —] Sur les coûtumes anciennes Homere eſt preſque toûjours d'accord avec l'Ecriture ſainte, où nous voïons que les plus grands Princes paſſoient leur jeuneſſe à garder les troupeaux, & cela pour *deux* raiſons. *La premiere*, pour s'exercer & pour s'aguerrir en combattant contre les bêtes les plus feroces; & *la ſeconde*, pour apprendre en conduiſant les animaux, à conduire les hommes, & pour ſe convaincre de cette grande verité, que comme les bergers doivent veiller au ſoin de leurs troupeaux, les Princes doivent veiller de même au ſoin de leurs peuples. DAC.

Δίδη, ligavit. *Jon.* & *Poët.* pro ἐδίδη, v. δίδημι, ligo. a δέω, *idem.*

Μόσχος, ου, ὁ, ἡ, vitulus, vitula. *h. l.* pro ἁπαλὸς, tener, novellus.

Λύγος, ου, ἡ, vitex, vimen. 2.) virga, bacillus.

v. 106.

Ποιμαίνοντ' ἐπ' ὄεσσι, Paſcentes apud oves.

Ἔλυσεν ἀποίνων, Et liberavit *ſeu* dimiſit pretio accepto.

v. 109.

Οὖς, ὠτὸς, τὸ, auris.

Ἔλασε, feriit.

v. 110.

Σπέρχω, urgeo, compello, feſtinare cogo. *Neutr.* feſtino: *quaſi* σπεύδω ἐρχόμενος.

Ἀπὸ τοῖιν] ἀπ' αὐτῶν. Δωϊκῶς. *Schol.*

v. 113.

Ὡς δὲ λέων ἐλάφοιο] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 322.

Νήπια τέκνα, parvulos hinnulos.

v. 114.

Συνέαξε, confringit.

Λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδοῦσιν, correptos validis dentibus.

V. 115.

Εὐνὴ, ῆς, *h. l.* lustrum.

Ἀπηύρα, aufert.

V. 116.

Τύχησι, adsit.

V. 117.

Ὑπὸ — ἱκάνει, subit.

V. 118.

Ἦϊξε, fugit. v. ἀΐσσω, ruo, irruo, cum impetu feror.

Δρυμὸν, ȣ̃, τὸ, silva querna, quercetum : nemus. a δρῦς, υὸς, ἡ, quercus.

V. 119.

Ὑφ' ὁρμῆς, propter impetum.

V. 120.

Χραισμῆσαι *hic* arcere.

V. 121.

Φέβοντο, percellebantur : ἔφευγον. *Schol.*

V. 122.

Ὁ, *Agamemnon.*

V. 124.

Χρυσὸν Ἀλεξ. — δεδεγμένος, Auro ab Alex. — accepto.

V. 125.

Εἴασχ', sinebat. (*Trojanos.*) *ob seq. aspir.* pro εἴασκ', *hoc autem* pro εἴασκε, *Jonica paragoge*, pro εἴα, imperf. ab ἐάω.

V. 123 — 125.

Vide ad Γ. *v.* 205. 206. Quæ ab illis legatis proposita sunt, a Trojanis consilio Antimachi, viri maximæ existimationis apud illos, quem Paris largis nummis in suas partes adduxerat, plus nimio obsequiosis repudiata fuisse, satis aperte docet Hom. *h. l.*

Certo certius est, excursiones ex improviso factas in regionem aliquam habitas fuisse pro latrociniis potius quam legitimis bellis, quæ inferri credebantur, non tam ad damna accepta resarcienda, quæ, si per excursores licuisset, facilius compensari potuissent, quam ad insontes & incautos diripiendos & deprædandos. Idcirco non mirum videri debet, si *Polybius Lib. IV.* scribat, Ætolos vulgo Græciæ extorres & prædones dictos fuisse, quia

quia illius gentis moris fuit, impetum ex improviso facere, & vicinis nulla injuriarum denunciatione promulgata bellum inferre, quandocunque illorum exuviis se ditandi occasio offerebatur. Nihilominus non desunt exempla bellorum ab ipsis gentibus, quæ meliore justitiæ & humanitatis nota gaudebant, illatorum vel indictorum: sed hoc raro contingebat, nec alia de causa quam quum injuria accepta ita atrox & acerba erat, ut nullo piaculo litari & resarciri posse crederetur: quocirca illa bella omnium crudelissima & damnosa erant, eo quod cum extrema rabie decertata sunt, & quia partes disceptantes se & suum nomen penitus delere, si fieri posset, invicem certabant. POTT. *Tom. II. p.* 54. *sq.* add. FEITH. *L. IV. C. XVII. §. I.*

v. 129.

Τοὶ δὲ κυκηθῆτην, Atque adeo turbati sunt. v. κυκάω, ῶ, misceo, liquores misceo, confundo, turbo, perturbo.

v. 130.

Γουναζέσθην, supplices orabant.

v. 136.

Προσαυδήτην, allocuti sunt. v. προσαυδάω, ῶ, alloquor, compello.

v. 137.

Ἀμείλικτον ὄπ' non blandam vocem, immite responsum.

Ἀμείλικτος, ου, ὁ, ἡ, qui mulceri *seu* leniri non potest, asper, durus, immitis. *ut* & ἀμείλιχος, *I. v.* 158. ex α priv. & μειλίσσω, mellitum reddo.

v. 138.

Εἰ μὲν δὴ Ἀντιμ. δαΐφρονος υἱέες ἐςὸν,

Quandoquidem Antimachi periti præliatoris filii estis.

Poëtæ interdum Nominibus Pluralibus Duale Verbum subjiciunt. Vide ad *Il.* Δ. 453.

v. 140.

Ἀγγελίην ἐλθόντα — Legatum profectum —

v. 141.

Ἐξέμεν, dimittere.

v. 142.

Ἀεικέα τίσετε λώβην, indignam luetis injuriam.

v. 138 — 142.

Parentum vitia turpiaque facta in liberorum pœnam pariter redundabant: æquum enim censebatur, ut qui parentum prosperis & bona fortuna gaudebant, eorum damnis & delictis similiter participarent. Nullis argumentis flecti *h. l.* voluit Agamemnon, ut Antimachi filiis parceret, quia Menelai & Ulyssis vitæ, quando Trojam in legationem irent, insidiatus fuerat illorum pater.

Plura alia occurrunt hujusmodi exempla, ex quibus constat, hanc consuetudinem non quorundam hominum iracundiæ aut iniquis odiis adscribendam esse, sed æquo & justitiæ convenisse creditam esse. Hoc in loco tantum adducam celebrem illam Macedonum legem, qua non solum ipsimet, qui in regem conjuraverant, sed & eorum liberi & cognati morte damnabantur; quocirca *Curtius Lib. VI. haud procul a fine* scribit, quando conjurationis in Alexandrum factæ convictus fuit Philotas, ex nobilibus aliisque cognatione ei junctis, alios sibi mortem conscivisse, alios vero in loca deserta confugisse, donec veniam diplomate regio consecuti fuissent. POTT. *Tom. II. p.* 287. *sq.* add. FEITH. *L. II. C. XIX. §. III.*

v. 144.

Ὄυδει ἐρείσθη, solo allisus est.

v. 145.

Ἐξεναρίξε, interfecit.

v. 146.

Ἀποτμήγω, *vel* ήσσω, abscindo, abrumpo.

Ἀποκόπτω, abscindo, amputo.

v. 147.

Ὄλμος, ου, ὁ, mortarium, pilum. 2.) truncus corporis a cervice usque ad coxendicem.

Ἔσσευε, projecit. *pro* ἔσευε, *geminato* σ. a σεύω, pello, concito, projicio.

Κυλίνδεσθαι, volvendum.

v. 148.

Ἐάω *h. l.* omitto, missum facio, relinquo.

Ὅθι — Τῇ, Ubi — Illuc.

v. 149.

Ἐνόρουσ', irruebat.

v. 150.

v. 150.

Ὄλεκον, interficiebant.

v. 153.

Χαλκῷ δηϊόωντες, ære cædentes *scil.* terram.

v. 155.

Ἄξυλος, ου, ὁ, ἡ, ligno carens. *h. l.* plenus ligno. ex α priv. *h. l.* vero intens. & ξύλον, lignum.

v. 156.

Εἰλυφάω, & εἰλυφάζω, verso, torqueo, contorqueo, circumago. ab εἰλύω, *idem cum* εἰλέω, volvo.

Φέρει, differt.

Θάμνος, ου, ὁ, dumus, frutex, fruticetum: *h. l.* ramus.

v. 157.

Πρόρριζος, ου, ὁ, ἡ, *qui* una cum radice *est*, cum stirpibus. ex πρὸ *seu* πρὸς, & ῥίζα, ἡ, radix.

Πυρὸς ὁρμῇ] Τῷ πυρί. Περιφραστικῶς. *Schol.*

v. 160.

Κεινὸς, *pro* κενὸς, vacuus.

Κείν' ὄχεα] κενὰ τὰ ἅρματα, ἄνευ τῶν ἀνδρῶν. *Schol.*

Κροτάλιζον, cum strepitu rapiebant. a κροταλίζω, pulso, crepitare facio, cum strepitu veho. *idem cum* κροτέω. a κρόταλον, ου, τὸ, instrumentum, quod pulsatum manu crepitabat. a κρότος, ὁ, pulsus æris, manuum, pedum: *sed frequenter de* manuum pulsu *dicitur. hinc* κροτέω, pulso, verbero.

v. 162.

Κείατο, Jacebant. *Jon.* pro ἔκειντο. 3. plur. imperf. v. κεῖμαι, jaceo.

Γύπεσσιν πολὺ φίλτεροι, ἢ ἀλόχοισιν, vulturibus longe gratiores, quam uxoribus.] C'est une reflexion du Poëte, reflexion qui vient d'un sentiment de compassion. En effet il n'y a rien de plus touchant que de voir ces Heros, l'amour & les delices de leurs femmes, passer tout à coup dans un état qui fait une telle horreur, que leurs femmes mêmes n'oseroient les regarder. DAC.

v. 163.

Ὕπαγε, subduxit.

v. 165.

v. 165.

Σφεδανὸς, ή, ὸν, vehemens, festinus, intensus, asper, durus. σφεδανὸν *h. l. adverbial. usurpatum*, vehementer.

v. 166.

Οἱ δὲ, *Troës* autem.

Παρ' Ἴλυ σῆμα, ad Ili sepulchrum.

v. 167.

Καππεδίον, *pro* κατὰ πεδίον, per campum.

v. 168.

Ἱέμενοι πόλεως, Cupidi urbis *adeundæ*. ἵεμαι, cupio, desidero: *nam significationem Activi* ἵημι *omnino relinquit.*

v. 169.

Λύθρον, ου, τὸ, cruor, sanguis pulvere mixtus.

v. 171.

Ἵσταντο, constiterunt.

Ἀναμίμνω, *idem quod* ἀναμένω, exspecto: maneo.

v. 172.

Οἱ δ', Alii vero.

Καμμέσον πεδίον, per medium campum. *v.* 167. Μέσσον καππεδίον.

Βόες ὥς, Ἅστε λέων ἐφόβησε, κ. τ. λ. boves tanquam, Quas leo territas fugavit, &c.] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 322.

v. 173.

Μολὼν, aggressus. v. μολέω. *Z.* 286.

Ἀμολγὸς, ου, ὁ, nox intempestiva. *propr.* tempus, quo mulgentur pecora: *quod aliquando est* vesperi, *aliquando* extrema nocte; *pro quibus utrisque usurpatur* ἀμολγός. ab ἀμέλγω, mulgeo. *Aliquando* Genitivo νυκτὸς adjungitur; *aliquando* absolute per se usurpatur. Vid. BOS *Ell. Gr. p.* 225. (Edit. 1763)

v. 174.

Τῇ δέ τ' ἰῇ ἀναφαίνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Uni autem *alicui* apparet certum exitium. *Ils se jettent par tout où les pousse leur fraieur, & se croient déja tous la proie de cet animal rugissant, qui se lance sur le dernier.* DAC.

v. 176.

Ἔγκατα, ων, τὰ, intestina, viscera: παρὰ τὸ ἐντὸς κεῖσθαι.

Λαφύσσω, *vel* ττω, avide deglutio, devoro.

v. 177.

v. 177.

Ἔφεπε, insequebatur. v. ἐφέπω, *apud Poëtas*, persequor, insequor.

v. 180.

Περὶ, supra modum.

Πρὸ, ante alios.

Ἔγχεϊ θῦεν, hasta furebat. θύω *h. l.* furo, impetu furibundo feror.

v. 181.

Ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλεν — ἵξεσθαι, cum jam forte esset — Perventurus.

Ὑπὸ *hic* ad.

v. 183.

Πιδήεις, ήεσσα, ῆεν, aquis salientibus scatens, abundans scatebris. a πιδάω, salio. *idem quod* πηδάω.

v. 185.

Χρυσόπτερος, ου, ὁ, ἡ, aureas alas *vel* pinnas habens. ex χρυσὸς, & πτερὸν, ala.

Ἀγγελέουσαν, nunciaturam.

v. 186.

Τὸν - μῦθον ἔνισπε, hoc - verbum dic.

v. 189.

Ἀναχωρείτω, *ipse quidem* pedem referat.

Ἀνώχθω, hortetur: jubeto. præf. imperat. Act. *per Sync.* pro ἀνωγέτω, v. ἀνώγημι, jubeo.

v. 190.

Μάρνασθαι δηΐοισι, Pugnare cum hostibus.

Κατὰ *hic* per.

v. 191.

Δουρὶ τυπεὶς, hasta percussus.

Βλήμενος ἰῷ, ictus sagitta.

v. 192.

Εἰς ἵππους ἅλεται, In currum saliet.

Οἱ κράτος ἐγγυαλίξω, ei robur immittam, *vel* victoriam dabo.

v. 196.

Βῆ δὲ —, Εὗρ' υἱὸν] Celeritatem motus pulchre depingit constructio ἀσύνδετος. CLARK. Descendit autem —.

Κατὰ *h. l.* de.

v. 201.

Προέηκε, misit.

Τεΐν, *Dor.* pro σοὶ, tibi.

Μυθήσασθαι, ut loquerer.

v. 204.

Ὑπόεικε μάχης, cede pugna. ὑποείκω, cedo, concedo.

v. 208.

Ἀφίκηαι, perveneris. aor. 2. subj. Med. *per Paragogen* pro ἀφίκῃ, v. ἀφικνέομαι.

v. 211.

Ex curru subinde desiliebant pugnaturi; uti Paris *Il. III.* 29.

— ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε,

— *de curru cum armis desiliit humi.*

Similiter Hector *h. l.* Idem factum ab Hercule & Cygno pugnaturis.

— ἀπ' εὐπλεκέων δίφρων θόρον ἆιψ' ἐπὶ γαῖαν,

— *a bene compactis bigis desilierunt celeriter in terram.*

Hesiod. Scut. v. 370. & apud *Virg. Æneid. X. v.* 453.

Desiluit Turnus bijugis: pedes apparat ire.

FEITH. *L. IV. C. XI.* §. *V.*

v. 215.

Καρτύνω, firmum & validum reddo, corroboro. a κάρτος, εος, τὸ, vires, robur. *per Metath.* pro κράτος.

v. 216.

Ἀρτύνθη - μάχη, restitutum est - prælium. ἀρτύνω, apto, adorno.

Στὰν, steterunt. 3. plur. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔσταν, & hoc *Bœot.* pro ἔστησαν, v. ἵστημι.

v. 218.

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι,] Par cette apostrophe Homere rompt la monotonie du recit historique, & rend son lecteur plus attentif aux exploits d'Agamemnon. DAC.

v. 224.

Μητροπάτωρ, ορος, ὁ, matris pater, avus maternus. ex πατὴρ, & μήτηρ.

v. 225.

Ἥβης ἐρικ. μέτρον] Ἥβης μέτρον est *ipsa pubertas*, s. justa pubertas, nota Poëtarum periphrasi: ἐρικυδὴς autem est juven-

juventus, quia appetentissima est gloriæ, & gloriæ quærendæ aptissima. ERN.

῞Ηβης ἱκνεῖσθαι μέτρον, *propr.* pubertatis pervenire ad mensuram. Pro hac phrasi habet *Bion*, *Idyll. II. v.* 14.

— ἦν δ' ἀνέρος ἐς μέτρον ἔλθῃς,

— *sed si viri mensuram attigeris.*

Theocritus, *Idyll. XIII.* de Hyla, *v.* 13.

— ἐς ἀληθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

— *in verum virum evaderet.*

Hoc est, uti loquitur *Xenophon*, εἰς τέλειον ἄνδρα, & d. *Paulus* Epist. ad Ephes. IV. 13. Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. ad quem locum vide WOLF. RAPH. BOS. alios.

v. 226.

Αὐτοῦ μιν κατέρυκε, Illic eum detinuit.

v. 227.

Γήμας, Ut duxerat. a γαμέω. *I. v.* 399.

Γήμας δ', ἐκ θαλάμοιο μετὰ κλέος ἵκετ' Ἀχαιῶν,

Ut autem duxerat, ex *ipso statim* thalamo famam secutus est Achivorum.

Iphidamas ne l'eut pas plûtôt épousée, que le bruit de la guerre des Grecs contre les Troyens excita son jeune cœur. DAC.

v. 230.

Πεζὸς ἐών, pedestri itinere profectus.

v. 231.

῞Ος ῥα] *Qui utique.*

v. 233.

῞Ημαρτε, aberravit.

Ἐτράπετ' ἔγχος] Notandus maxime proprius Vocis Mediæ usus: *Avertit se hasta.* Vide supra ad Γ. 141. Nempe quemadmodum Latinis recte dicitur, *navis appulit*, &, *navis appulsa est; revertit quis*, &, *reversus est*: Ita Græcis dictum est & ἐτράπετο, & ἐτράπη. CLARK. Conf. *De Verbis Gr. Mediis Commentat. p.* 245.

v. 235.

Ἐπὶ — ἔρεισε, valide connixus imprimebat: incubuit.

Βαρείῃ χειρὶ πιθήσας, robusta manu fretus.

v. 236.

Τορέω, ῶ, perforo, perterebro, ferro trajicio, penetro.

v. 237.

Μόλιβος, ου, ὁ, plumbum.

Ἐτράπετ' αἰχμὴ, retusa est cuspis.

v. 238.

Τό γε] ἔγχος.

v. 239.

Ἕλκ' ἐπί οἱ, Trahebat ad se.

Μεμαὼς, promtus, forti *seu* præsenti animo.

Λῖς, ὁ, *Poët.* pro λέων, leo.

v. 240.

Πλῆξ', percussit.

v. 241.

Κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον, *dormivit* ferreum somnum, *i. e.* mortuus est. Vid. GEORGII *Vind. N. T. ab Ebr. p.* 123. *Somnus* tum apud Gentiles, tum Christianos sæpe numero pro *morte* accipitur. Conf. Matth. XXVII. 52. Joh. XI. 11. Act. VII. 60. &c. & in hæc aliaque ejusmodi loca WOLFII *Cur. Philol.* aliosque.

v. 240. 241.

Virgilius non solum arma, sed & cetera, quæ ab *Homero* dicuntur *ærea*, sæpe appellavit *ferrea.* Nam *mortem* Homerus dixit χάλκεον ὕπνον, nimirum *æreum somnum*: Virgilius vero somnum *ferreum.* Hic enim de Orode moriente ait, (*Æneid. X.* 745.)

Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina mortem.

Ille vero *h. l.* de Iphidamante:

— τὸν δ' ἄορι πλῆξ' αὐχένα, λῦσε δὲ γυῖα.
Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

Quam sententiam Latinis versibus sic expressi:

— *Atque hunc ense ferit cervicem, membraque solvit;*
Æreus & lapso sopivit lumina somnus.

Siquidem mors convenienter vocatur somnus sive *æreus*, sive *ferreus*, quod perpetuo opprimat, nec unquam illum a se depellere hominibus vita functis liceat. Quamobrem eleganter cecinit *Catullus*:

Nobis

Nobis ut semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

RICC. *Dissert. Hom. Tom. I. p.* 158. *sq.*

v. 242.

Οἰκτρὸς, ρὰ, ρὸν, miserandus, miserabilis, miseratione dignus, miser. ab οἶκτος, ου, ὁ, misericordia, commiseratio.

Οἰκτρὸς] Miseros eos existimabant illi Veteres, qui ex hac vita excedebant, mortis scil. cum ea comparatione, quæ per se infelix est etiam quoad nos, nisi quod pios ad præstantiorem longe vitam traducit. Hinc est, quod Achilles in *Odyssea* dicit, malle se miseri agricolæ inter vivos servum esse, quam inter mortuos principem locum obtinere. *Hoc* tamen *loco* non solum ea de causa miserum hunc Iphidamenta pronunciat: sed quod moriendo, ut *statim* subjicit, recens sibi desponsatam uxorem deserat, quam jacturam eo graviorem facit, quod locupletem & amplam dotem ei dedisset; sed præcipue, quod ex ea nullam percepisset voluptatem, & ita domum ἡμιτελῆ, ut est *aliàs* (*B. v.* 701.) dictum, jam relinquat. Hoc enim significant illa: ἧς οὔτι χάριν ἴδε. SPOND.

Ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου, procul a legitima uxore.

Ἀστὸς, οῦ, ὁ, civis. *fœm.* ἀστὴ, ῆς, civis *fœmina. peculiariter* cives Athenienses. ab ἄστυ. *B.* 332.

v. 243.

Κουριδίης, Quam virginem duxerat. Vid. ad *A.* 114.

Ἧς οὔτι χάριν ἴδε] *E qua nondum prolem susceperat.* CLARK. Cujus nondum gratiam perceperat.

v. 245.

Οἶς, oves. *contr.* pro ὄιας. ab ὄις, ovis.

v. 246.

Ἐξενάριξε, *eum* interfectum spoliavit.

v. 248.

Ἀριδείκετος, ου, ὁ, ἡ, præclarus, valde inclytus. ex ἀρι, *partic. inseparab. quæ vocabulis præfixa significationem eorum auget*; valde, vehementer, multum: & δείκνυμι, ostendo. *propr.* qui multum ostenditur, *itaque* inclytus.

v. 249.

Πρεσβυγενὴς, έος, ὁ, ἡ, major natu, maximus natu. ex πρέσβυς, ὁ, & γίνομαι.

v. 250.

Κασιγνήτοιο πεσόντος, *ob* fratrem proſtratum.

v. 251.

Ἐυρὰξ, *adv.* ex obliquo: a latere. *Jon.* pro πλευρὰξ, *per Aphær.* a πλευρὰ, ἡ, latus, coſta.

v. 253.

Διέχω *hic* tranſigo: perrumpo.

v. 255.

Ὀυδ᾽ ὧς, ne ſic quidem.

v. 256.

Ἐπόρουσε — irruit in —

Ἀνεμοτρεφὴς, & ἀνεμοτρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, a vento nutritus, a vento auctus & corroboratus. *hinc* ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος, haſta a ventis corroborata, antequam ex arbore abſcinderetur. ex ἄνεμος, & τρέφω, nutrio.

v. 257.

Ὄπατρος, ου, ὁ, *per Sync. & mutato ſpiritu*, pro ὁμόπατρος, eodem patre natus *vel* genitus. ex ὁμοῦ, *adv.* una, ſimul; *vel* ὁμὸς, ἡ, ὸν, ſimilis, par: & πατὴρ.

v. 258.

Ἕλκε ποδὸς μεμαὼς, Trahebat pede feſtinans.

Ἀΰτέω, clamo, inclamo. ab ἀΰω, *idem.*

v. 263.

Πότμον ἀναπλήσαντες, Fato expleto.

Ἔδυν δόμον Ἄϊδος εἴσω, deſcenderunt in domum Orci.

v. 266.

Ἀνήνοθεν, exiliebat.] Non ex præterito, quod vocant ἀνήνοθα· ſed ex aoriſto, ἀνήνοθον. Alioqui non conſtaret temporum ratio. CLARK.

v. 267.

Τέρσω, arefacio, ſicco. τέρσομαι, areſco, areſio.

v. 268.

Μένος Ἀτρείδαο] Sic, βίη Ἡρακληείη, & ſimilia. Vide ſupra ad *B.* 658. CLARK.

v. 269.

Ὡς δ᾽ ὅταν ὠδίνουσαν] On peut reconnoître ici le ſtile de nos

nos Livres Saints, qui pour exprimer de grandes douleurs, les comparent toûjours à celles d'une femme qui eſt en travail. C'eſt ainſi que David a dit : *Horror poſſedit eos ibi, dolor quaſi parturientis.* & Iſaïe : *quaſi parturiens dolebunt.* Tous les Prophetes ſont pleins de ces expreſſions. DAC. Conf. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 143. ſq.

Ὠδίνω, a partu doleo, partus doloribus crucior, parturio. ab ὠδὶν, *ſive* ὠδὶς, ῖνος, ἡ, dolor parturientis.

Cel. KYPKE *Obſerv. S. Tom. I.* ad *Luc. II.* 35. inquit: Græci *dolorem acutiorem* indicaturi *vulnerari* aliquem, & vel *ſagittis*, vel *gladiis*, aut ſimili modo *tranſfigi* dicunt. Sic *de dolore corporis* apud *Lucianum* in *Ocypo*, Ocypus podagra laborans dicit : Κατὰ ποδῶν τοξεύομαι, *per pedes ſagittis veluti transfigor. Homerus h. l.*

Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα,

Veluti quum parturientem tenet telum acutum mulierem.

Ubi *Scholia minora*, βέλος ὀξὺ explicant ἡ σφοδρὰ ὀδύνη, οἷον ἡ τιτρώσκουσα.

v. 270.

Δριμὺς, εῖα, ὑ, qui acri guſtu eſt, acrem *ſeu* pungentem ſaporem habens. 2.) *h. l.* acerbus, acer, vehemens.

Τό, τε προϊεῖσι — quod utique immittunt —] Par quelle Poëſie admirable Homere releve la beauté de la comparaiſon dont il ſe ſert! DAC.

Μογοςόκοι Ἐιλείθυιαι] Non ſunt *partuum præſides*, ſed *dolorum creatrices*; ut Etymologia, & h. l. contextus docent. ERN.

Μογοςόκος, ου, ὁ, ἡ, in partu laborans, partus laborem ſuſcipiens, parientibus opitulans. Epith. *Lucinæ*, circa τόκους μογοῦσα, ut quæ parturientibus adſit. ex μόγος, ὁ, labor, moleſtia; & τίκτω, pario.

Ἐιλείθυια, ας, ἡ, Lucina, *Dea, quæ parturientibus opitulatur. Sæpe pro* ipſo partu *ponitur.* ab ἐλεύθω, venio: *quia invocatur, ut fœtus auſpicato veniat ad lucem.*

v. 271.

Πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι, Amarorum dolorum arbitræ.

v. 269. 272.

Dea, quæ parturientibus aderat, vocabatur Ἐιλείθυια

aut Ἐιλήθυια, aliquando Ἐλευθώ, ut exſtat *Anthol. Lib. III. Cap. XXIII. epigr. IX.*

— μόχθον Ἐλευθῦς
Ἔκφυγες. —
— *laborem Lucinæ*
Effugisti. —

Apud Latinos dicitur *Lucina :* utraque a mulieribus eosdem honores refert, iisdemque nominibus & cognominibus gaudet : a *Nonno* in *Dionysiacis Lib. XLI.* ſub finem *Elithyia* dicitur

— ἀρήγων θηλυτεράων,
— *auxiliatrix fœminarum.*

Eundem in morem de Romana Dea loquitur *Ovidius*, *Fast. Lib. II.*

— *gravidis facilis Lucina puellis.*

Mulier parturiens Elithyiam invocat apud *Theocritum* Ἐγκωμ. εἰς Πτολεμ. ſeu *Idyll. XVII.* *v* 60.

Ἔνθα γὰρ Ἐιλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον.
Ibi enim Lucinam invocavit, quæ parturientes liberat.

Romanæ mulieres Lucinam auxilio vocabant. unde *Ovidius:*

— *tu voto parturientis ades.*

Plura alia utrique communia ſunt ; ut enim *Elithyia* vocatur ὠδίνων ἐπαρωγὸς, θηλειῶν σώτειρα, &c. ſic pluribus cognominibus, quæ ejus præſentem opem parturientibus indicant, decoratur *Lucina.* Licet autem eorum nominum diverſa ſit origo, tamen eodem redeunt. Ἐιλήθυια enim ſit ἀπὸ τῦ ἐλευθειν, *a veniendo ;* vel quia parturientibus adjutum advenit, vel potius quia auxilio vocabatur, ut infans ἔρχεσθαι εἰς τὸ φῶς, *in lucem prodire,* valeret. *Lucina* pariter eſt *a luce* eandem ob cauſam, juxta *Ovidium:*

— *tu nobis lucem, Lucina, dedisti.*

Quænam illa Elithyia fuerit, non convenit inter Auctores; quidam ab Hyperboreis ejus genus deducunt, quæ, quum a ſolo natali ad Delum veniſſet, Latonæ parturienti obſtetricata eſt ; ſubjiciuntque, in Delo, unde alio pervenit, hoc nomen ei primo inditum fuiſſe, juxta *Pauſaniam* in *Atticis.* *Olenus*, qui in Græcia hymnos in honorem Deorum primus ſcripſit, eam Cupidinis matrem fuiſſe tradit ; unde colligi poſſet, eandem eſſe ac Venerem,

rem, nisi *Pausanias*, qui hunc locum Oleni adducit in *Bœoticis*, adversaretur; quandoquidem Cupidinis genus inde deductum ab altero vulgo recepto, quo Veneris filius credebatur, diversum statuit *ibid.* eam Saturno antiquiorem, eandemque ac Πεπρωμένην, quo nomine *Fatum* efferre solent Græci, facit *idem* Poëta ab *eodem* Auctore citatus in *Arcadicis.* Alii Junonem, Dianam, Lunam, &c. esse volunt. Maxime autem probabile videtur, omnes Θεὺς γενεθλίυς, id est, *Deos natales*, qui partui mulierum præerant, in genere vocari *Elithyias*, aut *Lucinas*; sunt enim generaliora nomina, quæ huic vel illi Numini tribuuntur.

Juno inter has Deas accensetur; unde mulier parturiens eam sic invocat:

Juno Lucina, fer opem. —

Plura celebrantur exempla Junonis vis præsentis hoc in negotio. — — —

Filiæ istius Deæ eidem muneri præpositæ, eodemque titulo ornatæ erant, prout exstat apud Hom. *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 263. *sqq.*

v. 274.

Ἐλαυνέμεν, currum agere.

Ἤχθετο γὰρ κῆρ, cruciabatur enim corde.

v. 275.

Διαπρύσιον, intentissima voce. } Vid. ad Θ. *v.* 223. & 227.
Γεγωνὼς, vociferans.

v. 277.

Ἀμύνετε, arcete a —

v. 279.

Πανημέριος, ια, ιον, perdius, per totum diem. ex πᾶς, & ἡμέρα.

v. 282.

Ἄφρεον - στήθεα, spumabant - pectoribus. ἀφρέω, spumo, spumesco. ab ἀφρὸς, ῦ, ὁ, spuma.

Ῥαίνω, perfundo, adspergo, irroro.

v. 284.

Νόσφι κιόντα, abeuntem.

v. 288.

Ὤρισος, fortiſſimus. *Jon.* & *Æol.* pro ἄρισος. WELL. *Gramm. p.* 8. & 32. FISCH. *Animadv. p.* 212.

v. 289.

Ἐλαύνετε, *ſeq. Genit. omiſſa præpoſ.* κατὰ, impellite in *vel* adverſus —.

v. 290.

Ὑπέρτερος, ερα, ερον, ſuperior, præſtantior, amplior, major, potior. *Comparat.* ab ὑπέρ.

Ἄρησθε, referatis.

v. 291.

Ὣς εἰπὼν, ὤτρυνε μένος] Hic eſt effectus orationis Hectoreæ, ut militum animos magis excitarit ac inflammarit. — Eſt autem hic locus valde elegans, & comparationibus concinnatus. *Prima* eſt huic ipſi rei accommodata, nimirum Hectoris orationi, quam venatoribus comparat, canes in aprum ſylveſtrem vel leonem irritantibus. per canes Trojanos, per aprum ſylveſtrem vel leonem κατ' ἀπόδοσιν Græcos intelligens: ubi vides, ſemper gloriæ Græcorum Poëtam velificari, cum ne in ipſo quidem infelici ſucceſſu prælii quicquam illi detrahat, cum tam generoſis animalibus eos comparat; quod vix, cum de Trojanis agitur, obſervari ab eo videbis. *Secundo* ipſum Hectorem ad prælium ruentem eleganter turbini mare conturbanti comparat; poſtmodum vero eandem comparationem de eodem Hectore auguſtius & latius enarrat, ut claritatem geſtorum Hectoris orationis majeſtate non ſolum æquare, ſed etiam longe ſuperare videatur. SPOND.

v. 293.

Σεύῃ ἐπ' — *ſeq. Dat.* Inſtiget in — *ſeq. Acc.*

Κάπριος, ου, ὁ, aper. a κάπρος, *idem.*

v. 296.

Μέγα φρονέων, magnos animos habens, magnos ſpiritus gerens.

Ἐβεβήκει, gradiebatur.

v. 297.

Ἐν δ' ἔπεσ' ὑσμίνῃ, Irruebatque in prælium.

Ὑπεραὴς, έος, ὁ, ἡ, deſuper flans. ex ὑπὲρ & ἄω, flo.

ὑπεραέϊ

ὑπερᾳεῖ ἶσος ἀέλλῃ, vehementi ſimilis procellæ. *Dialyſi*, pro ὑπερᾳεῖ.

v. 298.

Καθάλλομαι, deſilio.

Ἰοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, niger, rubiginoſus, ferrugineus. 2.) purpureus, violaceus. ex ἰὸς, ȣ, ὁ, rubigo metallorum, *præcipue* rubigo æris, ærugo. *Vel* ἴον, ȣ, τὸ, viola: & εἶδος, ſpecies.

v. 299.

Ἐξενάριξεν, interfecit. *v.* 304. ἕλεν, *idem.*

v. 302.

Κλυτίδην] Κλυτίȣ παῖδα.

v. 305.

Στυφελίξῃ, agitet.

v. 306.

Ἀργεςὴς, ὁ, albus. 2.) velox. *Noti* Epith. Genit. αο, pro ȣ, *Æolice* & *Bœotice.*

Βαθείῃ] ἀντὶ τȣ̃, μεγάλῃ, ἰσχυρᾷ. *Schol.*

v. 307.

Τρόφις, ιος, ὁ, ἡ, bene nutritus, craſſus, pinguis, tumidus, adultus, magnus. a τρέφω.

Τρόφι κῦμα] Τρόφι vox Jonica pro μέγα, ut interpretatur gloſſa MS. Lipſ. Herodot. IV. 9. ἐπεὰν δὲ γένωνται τρόφιες, pro ἀνδρωθέντες, *ubi adoleverint ad virilem magnitudinem.* ERN. magnus fluctus vi ventorum excitatus, ac ſuſtentatus. *pro* τρόφιμον.

Ὑψόσε, *adv.* in altum, in ſublime. ab ὕψος.

v. 308.

Πολύπλαγκτος, ȣ, ὁ, ἡ, multum errans *vel* agitatus, multivagus. *h. l.* venti flatus. ex πολὺς & πλάζω, errare facio.

v. 309.

Κάρηαρ, ατος, τὸ, caput. a κάρη, τὸ, indecl. *idem.*

Δάμναντο, domabantur.

v. 310.

Ἔην, fuiſſet.

Ἀμήχανα ἔργα γένοντο, *ineluctabile malum afferentia facinora edita fuiſſent.* Neutro plurali addunt Attici fere Verbum Singulare: ſed interdum etiam Plurale, ut *h. l.* ita etiam *Il. B.*

Il. B. 135. σπάρτα λέλυνται, *funes dissoluti sunt.* Conf. quoque Θ. 130.

v. 311.

Ἐν *hic* ad.

Πέσον, pulsi essent.

v. 312.

Κέκλετ᾽, *cum Dat.* hortatus fuisset. *seq. Acc.*

v. 313.

Παθόντε λελάσμεθα, passi obliviscimur. λελάσμεθα, obliti sumus. perf. ind. Pass. *Dor.* pro λελήσμεθα. v. λανθάνω, *pro* λήθω, lateo.

v. 318.

Ἦδος, τὸ, *h. l.* utilitas.

Ἡμέων ἔσσεται ἦδος, Nostri erit usus.

v. 319.

Ἐθέλει — ἤπερ —, mavult — quam.

v. 323.

Εἴασκν, missos fecerunt.

Πολέμου ἀπέπαυσαν, a pugna cessare fecerant.

v. 324.

Ἰόντε, euntes.

Κυδοιμέω, ῶ, turbo, turbas excito, tumultuor. a κυδοιμὸς, οῦ, ὁ, turba, tumultus.

Κάπρω, apri duo.

v. 325.

Ἐν κυσὶ θηρευτῇσι, in canes venaticos.

Πέσητον, irruunt. 3. dual. aor. 2. subj. Act. v. πίπτω.

v. 326.

Παλινορμένω, cum impetu conversi a fuga. a παλινόρμενος, ου, ὁ, qui gressu retro concitato redit. ex πάλιν & ὄρμενος, *pro* ὀρόμενος. ab ὄρομαι, excitor, surgo, cum impetu ruo.

v. 327.

Φεύγοντες ἀνέπνεον, a fugiendo respirabant.

v. 328.

Ἑλέτην, ceperunt.] *Diomedes* & *Ulysses.*

v. 330.

Ἤιδεε μαντοσύνας, Norat vaticinandi artes. Vid. *B.* 409. & *A.* 72.

v. 334.

v. 334.

Κεκαδὼν, quum privavit. *cum reduplicat. & verso χ in κ.* aor. 2. part. Act. v. χάζω, cedo, locum do. *h. l.* privo.

v. 336.

Κατὰ ἶσα μάχην ἐτάνυσσε, æquatam pugnam extendit, *vel* æquavit pugnam, (κατὰ ἶσα *scil.* μέρη.) *La balance des combats est en équilibre.* BIT.

v. 340.

Προφυγεῖν, ad effugiendum. v. προφεύγω, effugio.

Ἀάσατο] *Sensus:* vehementer enim erraverat, cum eos jussérat procul haberi pugna, eoque commiserat, ut iis uti non posset in periculo. ERN. Conf. *l.* 116.

v. 342.

Φίλον ὤλεσε θυμὸν, suam perdidit animam.

v. 347.

Νῶϊν δὴ τόδε πῆμα κυλίνδεται, ὄβριμος Ἕκτωρ.

In nos jam ista pernicies volvitur, furibundus Hector. *Voici un furieux orage qui vient fondre sur nôtre tête; Hector s'approche de nous.* DAC.

v. 348.

Στέωμεν, *Al.* στέομεν, stemus. *Jon.* pro στῶμεν. aor. 2. subj. v. ἵστημι.

Ἀλεξώμεσθα, arceamus. *Dor.* pro ἀλεξώμεθα.

v. 351.

Κακκόρυθα, juxta *vel* in galeam. *pro* κατὰ κόρυθα. a κόρυς, υθος, galea.

Πλάγχθη, excussum est. v. πλάζω.

Πλάγχθη δ' ἀπὸ χαλκόφι χαλκός] ὑπὸ τοῦ τῆς περικεφαλαίας χαλκοῦ ἀπεκρούσθη τὸ δόρυ. Schol.

v. 352.

Ἐρύκακε, prohibuit.

v. 353.

Τρίπτυχος, ου, ὁ, ἡ, triplex, triplicatus. ex τρὶς & πτυχὴ, plicatura.

v. 354.

Ἀπέλεθρον, longe, procul. ab ἀπέλεθρος, ου, ὁ, ἡ, immensus. quod ex α pr. & πέλεθρον, jugerum.

Μίκτο, immistus est. pro ἐμέμικτο, ab ἐμεμίγμην. plusq. perf. Pass. v. μίγνυμι, *vel* μιγνύω.

v. 357.

v. 357.

Μετὰ δόρατος ᾤχετ' ἐρωὴν, ad petendam hastam ibat, quam emiserat.

v. 358.

Καταείσατο γαίης, defixa fuerat in terram. καταείσατο, aor. I. Med. ab *inusit.* verbo καταείω, *seu* κάτειμι, descendo.

v. 360.

Ἐξέλασ' ἐς πληθὺν, Egit in turbam.

v. 362.

Ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, κύον· Iterum nunc effugisti mortem, *canis.* Vid. ad *A.* 225. nec non PALAIR. *ad Phil. III.* 2.

Ἦ τέ τοι — Certe tibi —

v. 365.

Ἦ θήν σε] πάνυ δή σε. *Schol.*

Ἐξανύω, conficiam: *Schol.* ἐπὶ τέλος ἄξω, φονεύσω.

v. 366.

Εἴ πε, Si forte.

v. 367.

Ἔπειμι, *h. l.* persequor: invado, aggredior. ex ἐπὶ & εἶμι.

v. 370.

Τυδείδῃ ἔπι, In Tydidem.

v. 371.

Στήλη, ης, ἡ, lapis e terra extans, *vel* munitionis *vel* signi gratia erectus. *Sæpe pro* cippo *seu* columna, quæ in sepulchris statuebatur, ut *h. l.* ab ἵστημι, statuo.

Στήλῃ κεκλιμένος, columnam *sibi* prætentam habens: pilæ innixus.

Ἀνδρόκμητος, ε, ὁ, ἡ, ab homine laboratus, *aut simpliciter* factus. *Hinc* τύμβος ἀνδρόκμητος sepulchrum labore ab homine factum: *vel*, in quo mortuus jacet. a κάμνω. *nam* κεκμηκότες *etiam* & καμόντες *sæpe dicuntur* mortui.

Ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ] Male vertit, *viri defuncti ad sepulchrum*, secutus interpretationem verbi græci, cui analogia repugnat. Nam ἀνδρόκμητος nullo modo potest esse, *in quo est mortuus repositus.* Ἀνδρόκμητος τύμβος opponitur vulgari sepulchro, cui nihil ornamenti ab hominibus accessit, in quo nulla στήλη. ERN.

v. 374.

v. 374.

Ἄινυτ' ἀπὸ] Occupatus erat in detrahendo &c. CLARK. ἄινυμαι, capio, aufero.

Στήθεσφι. ita ὄχεσφι. E. 28.

v. 375.

Βριαρὸς, ρὰ, ρὸν, fortis, robuſtus, validus: *gravis.* a βριάω, ῶ, robuſtum reddo.

Πῆχυς, ὁ, *h. l.* illa pars arcus, qua arripitur, & quæ ſagittam ſuſtinet, manubrium, cornu.

Ἀνέλκε, traxit. v. ἀνέλκω, ſurſum traho, attollo attrahendo: ſubduco.

v. 377.

Ταρσὸς, ȣ, ὁ, planta pedis.

Διὰ — ἀμπερὲς, penitus.

v. 378.

Κατέπηκτο, defixa eſt. v. καταπήγνυμι *vel* ύω, defigo, depango.

v. 379.

Ἀμπηδάω, ſubſilio, ſurſum ſalio. *h. l.* exſilio, proſilio. *pro* ἀναπηδάω. ex ἀνὰ & πηδάω, ſalio.

v. 380.

Ὡς ὄφελόν τοι — ἐκ θυμὸν ἑλέσθαι. Utinam tibi — vitam eripuiſſem.

v. 382.

Ἀνέπνευσαν κακότητος, reſpiraſſent a calamitate.

v. 383.

Οἵτε σε πεφρίκασι, Qui utique te horrent.] Egregia eſt ea laus, quæ ab ipſo etiam hoſte proficiſcitur, qualis nunc Diomedi contingit, qui a Paride dicitur ipſis Trojanis adeo eſſe formidabilis, ut capris eſſe ſolet leo; ubi capris Trojanos, leoni Diomedem aſſimilat: hujus virtutem, illorum terrorem ac pavorem ſignificans. SPOND.

Φρίσσω, *vel* ττω, horreo, horreſco, cum horrore reformido.

Μηκὰς, άδος, ἡ, quæ balat. μηκάδες ἄιγες, balantes capræ. a μηκάομαι, ῶμαι, balare, capriſſare.

v. 385.

Τοξότης, ȣ, ὁ, ſagittarius, arcitenens. a τόξον, arcus.

Κέρα

Κέρᾳ ἀγλαὲ, cornu clare.] Alii *cornu* interpretantur, alii *cincinnis*. CLARK.

Cornua pro *capillis* uſurpata eſſe a Veteribus liquet. Ita Paris a Diomede κέρ' ἀγλαὲ, *cornu ſplendide*, dicitur; quod fortaſſe cornua geſtaret, ſive faſtigiatas turres capillorum, ut apud Venetos matronæ juniores; utque apud nos coma aſcititia, & exemptilis multorum in cornua exporrigitur. Cæſariei cornua etiam adſcripſit *Juvenalis*, ubi ait (*Sat.* 13.)

Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flavam
Cæſariem madido torquentem cornua cirro?

RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 181. *ſq.*

Παρθενοπῖπα] Ἕτεροι παρθενοπῖπα γράφουσιν, ὅ ἐστι παρθένοις ἐοικὼς τὴν ὄψιν. *Euſtath.*

Παρθενοπίπης, ου, ὁ, virginum nimis avidus ſpectator, callidus puellarum obſervator. ex παρθένος, & ὀπιπεύω, inſpicio.

v. 386.

Ἀντίβιον, aperte, contra.

Πειρηθείης, periculum faceres.

v. 387.

Χραίσμησι, profuturus eſſet.

Ταρφὴς, έος, ὁ, ἡ, denſus, creber, frequens. a τάρφος. E. 555.

v. 388.

Ἐπιγράφω, *h. l.* perſtringo, leviter vulnero.

Εὔχεαι αὔτως, gloriaris inaniter.

v. 389.

Βάλοι, percuſſiſſet.

v. 390.

Κωφὸς, ἡ, ὸν, *h. l.* hebes, obtuſus: *atque hinc* invalidus, irritus.

Βέλος, *eſt* telum.

v. 391.

Ἦ τ' ἄλλως ὑπ' ἐμεῖο, Certe aliter a me. *Schol.* ἀντὶ τοῦ, ἄλλως ὑπ' ἐμοῦ πέμπεται.

Ἐπαύρῃ, tangat: attigerit. ἐπαύρομαι *hîc* adſequor, contingo, attingo.

v. 392.

v. 392.

Πέλεται, exit. *Eustath. in Commentar.* πέτεται, volat.

Ἀκήριον τίθησι, *virum* exanimem reddit. ἀκήριος. Ε. 812. Η. 100.

v. 393.

Ἀμφίδρυφος, idem quod ἀμφιδρυφής. *B.* 700.

v. 394.

Ἐρεύθω, rubefacio. ab ἔρευθος, τὸ, rubor.

v. 395.

Πύθω, putrefacio. πύθομαι, putrefco, putrefio.

Οἰωνοὶ δὲ πέρι πλέες, ἠὲ γυναῖκες, alites vero circum plures *sunt*, quam mulieres.] C'eft une raillerie très-piquante contre Paris, à qui il reproche qu'il aimoit plus ruelles, & les affemblées des femmes, que les armées & les combats. DAC.

v. 401.

Οἰώθη, Solus relictus eft. Vid. ad Ζ. 1.

v. 402.

Παραμένω, *cum Dat.* maneo, permaneo *apud quem.*

Φόβος ἔλλαβε πάντας, metus ceperat omnes. Eodem planiffime modo locutus eft d. *Lucas*, C. VII. v. 16.

v. 403.

Ὀχθήσας, Ingemifcens: λυπηθείς.

v. 404.

Τί πάθω; quid agam? (*quid mihi eveniet?*)

Αἴκε φέβωμαι, fi fugero.

v. 405.

Ἁλώω, interceptus fuero, *pro* ἁλῶ, aor. 2. fubj. Act. *fignificatu Paffivo*, v. ἅλωμι, *feu* ἁλίσκω, capio.

v. 406.

Φοβέω, in fugam verto. a φέβομαι, fugio.

v. 407.

Φίλος διελέξατο θυμός, meus differit animus.

v. 409.

Μάχῃ ἔνι, in prælio.

Χρεώ, oportet.

v. 410.

Ἤτ' ἔβλητ', five feriatur.

Ἤτ' ἔβαλ' ἄλλον, five feriat alium.

v. 412.

Ἐπὶ — ἤλυθον, supervenerunt.

v. 413.

Ἔλσαν, pro ἔλασαν, *seu* ἤλασαν. ab ἐλαύνω, *seu* ἐλάω. Vel potius ab εἴλησαν, ab εἰλέω, concludo, includo.

Μετὰ σφίσι πῆμα τιθέντες, intra se pestem collocantes.] Ambigue dictum ait *Eustathius*: vel ut intelligas, Trojanos Ulyssi malum inferre; vel, quod ipse magis probat, ut ipse Ulysses malum fuerit Trojanis inclusus, quia multi eorum ab eo cæduntur. SPOND.

v. 414.

Ὡς δ' ὅτε κάπριον] Adeo conveniens est his rebus ista comparatio, ut nunquam ab ea recedat: sed *hic* paulo est luculentior, quam *antea*. IDEM.

Κάπριον, in aprum.

Ἀμφὶ, *hîc* undique.

v. 415.

Σεύονται, Incitate feruntur.

Εἶσι, prodit.

Ξύλοχος, ου, ὁ, fruticetum, silva, nemus, cubile feræ. ex ξύλον & ἔχω, habeo.

v. 416.

Θήγω, acuo.

Μετὰ *hic* in.

Γναμπτὸς, ἡ, ὀν, incurvus, flexibilis. a γνάμπτω, flecto.

Γένυς, υος, ἡ, mentum, mala, maxilla, gena.

v. 417.

Ἀΐσσονται, *in eum* impetum faciunt.

Ὑπαὶ — γίγνεται, suboritur.

Κόμπος, ου, ὁ, *h. l.* stridor, crepitus apri dentes acuentis.

v. 418.

Μένουσι, manent, exspectant, sustinent.

Δεινόν περ ἐόντα, horrendum licet existentem.

v. 420.

Ὁ δὲ πρῶτον] Cum tot milites Trojani Ulyssis manu concidant, recte se habebat antea illa explicatio vocabuli πῆμα, ut ad Ulyssem nimirum active referretur, quod & ab *Eustathio* nostro comprobatum vidimus. Sex igitur Heroas interficit, tandem vero ipse vulneratus a prælio recedet. SPOND.

v. 421.

v. 421.

Ὕπερθε, *five* θεν, *adv.* fuper, fupra.

v. 423.

Καθ' ἵππων ἀΐξαντα, ab equis defilientem.

v. 424.

Κατὰ, ad.

Πρότμησις, εως, ἡ, ipfa præfcindendi actio. 2.) quod præfcinditur. 3.) *h. l.* umbilicus afpidis. a προτέμνω, præfcindo.

v. 425.

Ἀγοστὸς, ȣ̃, ὁ, manuum interior pars. 2.) extrema pars manus. 3.) cubitus, ulna. 4.) palma.

Ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.] *Cubitis humum pinfabat.* Ennius apud Varron. Lib. IV.

v. 426.

Ἕασ', miffos fecit.

v. 427.

Ἐυηγενὴς, έος, ὁ, ἡ, generofus, claro & nobili genere ortus. ex ἐῢ & γίνομαι. *pleonafmo* τȣ̃ η, *pro* ἐυγενής.

v. 428.

Ἐπαλεξήσων — κίεν, auxiliaturus — venit.

v. 430.

Πολύαινε] *Schol.* μυθολόγε, φλύαρε. Sed nihil opus. Sunt enim hujusmodi epitheta, *landi* data, & fociorum & hoftium communia. CLARK.

Ἆτ, *pro* ἆτε. Vid. *E.* 388.

v. 431.

Δοιοῖσιν, duobus.

Ἐπεύξεαι, gloriabere.

v. 437.

Ἐεργάθω, arceo, aufero, feparo. ab εἴργω, arceo.

v. 439.

Γνῶ, Senfit.

Καιτακαίριος, lethalis, lethifer. ex κατὰ & καίριος. Δ. 185.

v. 441.

Ἆ, *vox hominis fuccenfentis, quiritantis, aut commiferantis:* ah, vah, hei, heu. ἆ δειλε, vah timide, heu mifer.

Κιχάνω, ομαι, affequor.

v. 442.

Ἔπαυσας, cessare fecisti.

Μάχεσθαι, ne *jam amplius* pugnem.

v. 446.

Φύγαδ᾽ αὖτις ὑποστρέψας, in fugam retro converso gradu.

Ἐβεβήκει, abibat.

v. 448.

Ἔλασσε, trajecit.

v. 449.

Ἐπεύξατο, insultavit *illi*.

v. 451.

Φθῆ, occupavit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔφθη, v. φθῆμι, *pro* φθάω, prævenio, occupo.

Κιχήμενον, deprehensum.

Ὑπαλύσκω, subterfugio, effugio, evito. ex ὑπὸ & ἀλύσκω, evito, fugio.

v. 453.

Καθαιρέω, ῶ, detraho, everto. *h. l.* comprimo.

v. 452. 453.

Græci in funerandis mortuis primum obnixe curabant, ut *ejus*, qui animum agebat, *oculi clauderentur*, & os reliquaque corporis decore componerentur. Queritur id sibi per summum scelus ab uxore denegatum Agamemnon, *Odyss.* XI. *v.* 424. *sq.*

— — οὐδέ μοι ἔτλη ἰόντι περ εἰς Ἀΐδαο
Χερσὶ κατ᾽ ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σύν τε στόμ᾽ ἐρεῖσαι,
— — *neque mihi voluit eunti in Ditis domum*
Manibus oculos comprimere, atque os componere.

Dolet etiam non factum Ulyssi ab uxore Laërtes, eum existimans peregre obiisse. *Odyss.* XXIV. *v.* 294. *sq.*

— — φίλον πόσιν, ὡς ἐπέοικεν,
Ὀφθαλμοὺς καθελοῦσα· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.
(*Non ploravit in lectis*) *dilectum maritum, sicut decebat,*
Oculos claudens: hic enim est honos mortuorum.

Alias pater & mater hoc officio functi. hinc *h. l.*

— — οὐ μέν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι. — — —
— — *non quidem tibi pater & veneranda mater*
Oculos comprimeat mortuo. — — —

Sic

Sic mater Euryali, *Æneid. IX. v. 486. sq.*

— — *Nec te, tua funera, mater*
Produxi, pressive oculos. — — —

FEITH. *L. I. C. XIII.* §. *I.* add. POTT. *Tom. II. p.* 146. *sqq.*

v. 454.

Ὠμηστὴς, ȣ, ὁ, crudivorus, qui crudis vescitur, cruda vorans. ex ὠμὸς, crudus, & ἔδω.

Ἐρύω *hic* diripio: eruo: evello.

Περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες, circum alis crebris verberatum.] Pulchre depingunt hæc verba, & quasi ob oculos ponunt, aves rapaces prædam alis inter diripiendum verberantes. Ut recte annotavit *Popius*. CLARK.

v. 455.

Ἐπεί κε θάνω, ubi *ego* mortuus fuero.

Κτερίζω, justa facio, exequias celebro, sepelio, humo. κτεριῶσι, pro κτερίσωσι, *Attic.* a κτέρεα, ων, τὰ, exequiæ, justa, inferiæ.

v. 458.

Σπασθέντος, extracta *hasta.*

Ἀνέσσυτο, erumpebat.

Κῆδε δὲ θυμὸν, angebatque *illi* animum.

v. 459. 460.

De *militari vestitu* quidquam certi aut firmi dici non potest; tantum observari debet, Lycurgum apud Lacedæmonios *habitum purpureum* militibus præcepisse; cujus instituti varia *causa* reddi potest, vel quia illo colore pannus facillime imbuitur, nec non ceteris perennior existimatur, ex *Xenophonte* de *Republ. Lacedæm.* vel quia acris & splendidus, qui color illi Legislatori videbatur idoneus hominum animo erigendo, atque viros fortes maxime decens, juxta *Plutarchum Instit. Lacon.* aut denique, quia aptissimus erat maculis sanguinis absorbendis, ad cujus adspectum aut imperiti ac inexperti milites animum despondérent, partesque desererent, aut hostes novas vires & alacritatem reciperent, ex *Plutarcho loc. cit. Æliano Lib. VI. Cap. VI. Valerio Lib. II. Cap. VI.* Quod probe sapienterque animadversum fuisse notat *Eustathius* in *Scholiis* ad *h. l.* ubi pusillanimes Trojani, cum sanguinem ex Ulyssis vulnere defluentem vidissent, animum de novo colligunt,

gunt, ac se invicem adhortantes, in Heroem conjunctis viribus ruunt.

Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ ἴδον αἷμ' Ὀδυσῆος,
Κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον, ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν.

Trojani autem magnanimi, postquam viderunt sanguinem Ulyssis,
Cohortantes sese per turbam, in ipsum omnes iverunt.

POTT. *Tom. II. p.* 41.

v. 461.

Ἐξοπίσω, *adv.* retro.

Αὖε, inclamabat. v. ἄυω, clamo.

v. 462.

Χάδε, capiebat. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔχαδε, v. χάζω, *h. l.* capio, capax sum.

Ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός, quantum caput capiebat viri.

v. 463.

Ἄϊεν ἰάχοντος, audivit clamantem.

v. 467.

Τῷ ἰκέλη, Ei similis,] Nescio, an ex hoc loco videatur constare, *varias* fuisse *in bello clamandi rationes*, ex quibus intelligeretur, quid singulæ significarent. Et sane adducor, ut ita credam. Nam id manifeste indicat *hoc loco* Menelaus, cum dicit, vocem Ulyssis, quæ nunc inclamat, ei esse similem, qui si ab hostibus concluderetur. Fortasse illud fuit, cum ter clamarent; quod ex *superioribus* videor posse colligere, ubi

Τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤϋσεν, ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός.

Porro hinc etiam constat, quam fuerit bellicosus, *h. e.* βοὴν ἀγαθὸς Ulysses. SPOND.

Ὡς εἴ ἑ βιῷατο — ac si eum violenter urgerent — *vel* ipsi vim afferrent.

Βιῴατο, *Jon.* pro βιῷντο, *contr.* ex βιάοιντο. v. βιάω, ῶ, & άομαι, ῶμαι, vim infero, violo. a βία, vis.

v. 470.

Μονόω, ῶ, solum relinquo, desero, destituo. μονόομαι, ῦμαι, relinquor. μονωθείς, solus relictus. a μόνος.

v. 472.

Ἦρχ', præibat.

v. 474.

v. 474.

Ὅστί τε δαφοινοὶ θῶες] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 323. sq.

Δαφοινὸς, ἡ, ὸν, perquam cædis avidus, valde cruentus. Vid. ad *B.* 308.

Θὼς, θωὸς, ὁ, animal lupo simile, *hic* lynx, lupus cervarius, thoës. a θέω, *vel* a θοὸς: *sunt enim veloces θῶες, etsi brevioribus cruribus.*

Ὄρεσφιν, in montibus.

v. 475.

Ὅν τ' ἔβαλ' ἀνὴρ] *Al.* ὅν ῥ' ἔβαλ' ἀνήρ. Quorum utrumque eandem habet vim: *Quem utique vulnerarit aliquis.* CLARK.

v. 476.

Ἰῷ ἀπαὶ νευρῆς, Sagitta a nervo *missa.*

Ἀπαὶ, *Poët.* pro ἀπό.

Ἀλύσκω, *fut.* ύξω, evito, fugio, evado.

v. 477.

Λιαρὸς, ρὰ, ρὸν, tepidus, calidus. *Poët.* pro χλιαρὸς. a χλιαίνω, tepefacio, modice calefacio.

Ὀρώρῃ, moventur.

v. 479.

Ὠμοφάγος, ου, crudivorus, crudis cibis vescens. *v.* 454. ὠμηστὴς, *idem.*

Δαρδάπτω, *idem quod* δάπτω, *cum reduplicat.* voro, dilanio, dilaniando voro.

v. 480.

Νέμος, εος, τὸ, nemus, locus arboribus consitus, densus & pascuus. a νέμομαι, pasco.

Σκιερὸς, ρὰ, ρὸν, umbrosus, opacus. a σκιὰ, umbra.

Ἐπί — ἤγαγε, adducit.

Λῖν, leonem. *pro* λῖνα.

Δαίμων, *hîc* fortuna.

v. 481.

Σίντης, ου, ὁ, noxius, exitialis. a σίνω, & σίνομαι, noceo, lædo. *Il. A. v.* 594. Lemnii incolæ dicuntur Σίντιες, quod primi arma fabricaverint, quæ exitialia sunt, vel quod piraticam exercuerint.

Διέτρεσαν, diffugiunt. v. διατρέω, intremisco: perterrefactus diffugio.

Ὁ δάπτει, ille eo vescitur.

v. 482.

Ποικιλομήτης, ου, ὁ, varia & multiplicia habens consilia, versutus, versipellis. ex ποικίλος & μῆτις.

Minus frequens belli compositio per μονομαχίαν, fuit: sæpius universæ acies concurrerunt, & internecione finem statuerunt. Nec doli ac technæ ad eum consequendum prætermissæ: quorum fœcundus parens ab Homero laudatur *Ulysses.* Illius consilio equus ille ab Epeo fabricatus, quo conclusus ipse cum optimatibus Græcorum, Trojanam urbem occupavit, & ferro flammaque penitus delevit. Ita finis impositus bello Trojano, paxque hostium supremo excidio a Græcis constituta. FEITH. *L. IV. C. XVII. §. IX.*

v. 483.

Ἕπον, simul ibant.

v. 484.

Ἀμύνετο, propulsabat.

Νηλεὲς ἦμαρ] τὴν ἀνηλεῆ ἡμέραν· τουτέστι, τὸν θάνατον. *Schol.*

v. 486.

Στῆ δὲ παρέξ.] ἔστη δὲ παρ' αὐτὸν, πρὸ αὐτοῦ. *Idem.*

Ἄλλυδις, *adv.* alibi: alio: aliorsum. ab ἄλλος.

v. 487.

Τὸν] *Ulyssem.*

v. 489.

Εἷλε, interfecit.

v. 490.

Οὖτα, vulneravit.

v. 492.

Πλήθων ποταμὸς, inundans flumen.

Κάτεισι, decurrit.

v. 493.

Ὀπαζόμενος *hic* auctus.

v. 494.

Δρῦς, υὸς, ἡ, quercus.

Ἀζαλέος, *H.* 239.

Πεύκη, ης, ἡ, pinus, picea, larix.

v. 495.

v. 495.

Ἐκφέρεται, Secum rapit.

Ἀφυσγετὸς, ῦ, ὁ, hauſtus. *h. l.* limus, ſordes limoſæ, cænum. ab ἀφύω, haurió.

v. 497.

Δαΐζω *h. l.* concido: occido.

v. 498.

Πεύθετ', Audierat.

v. 499.

Τῇ, ubi.

v. 502.

Ὁμίλει, verſabatur.

v. 503.

Νέων, juvenum.

v. 504.

Χάζοντο κελεύθυ, ceſſiſſent de via.

v. 506.

Παῦσεν ἀριστεύοντα, Ceſſare feciſſet a ſtrenue pugnando.

v. 507.

Βαλὼν, percuſſum.

v. 508.

Τῷ ῥα, De hoc nempe.

Περιδείδω, pertimeſco, *quaſi* undique metus.

v. 509.

Πολέμοιο μετακλινθέντος, pugna inclinata] κλίσιν καὶ προτροπὴν λαβόντος, τυτέστιν, ἐπικρατεστέρων τῶν ἐναντίων γενομένων. *Schol.*

Ἕλοιεν, interficerent.

v. 512.

Ἐπιβήσεο, *cum Gen.* conſcende. *ſeq. Acc.* præſ. imper. Med. *Jon.* pro ἐπιβήσυ, v. ἐπιβήσομαι, quod a fut. formatum, contra regulam.

v. 514.

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
Medicus enim vir multis æquiparandus aliis.

Poſtulant Genitivum nomina dignitatem & excellentiam, itemque ſcientiam inſcitiamve ſignificantia. Ita *Il. B.* 611. ἐπιστάμενοι πολέμοιο, *periti belli.* WELL. *p.* 309. FISCH. *p.* 309. Conf. etiam VIG. *C. IX. S. I. R. IX.* & *N.* 72.

Antequam legiſſem *Euſtathii* παρεκβολὰς, locum hunc expendebam, & cum γνωμικῶς a multis adduci vidiſſem, damnabam eorum temeritatem. Nam quanquam ſententioſe poteſt uſurpari, hujus loci tamen non eſſe contenderim. Sed dum ita mecum diſputo, juvat me idem *Euſtathius*, multoſque in mea eſſe opinione ex eo didici, licet non defuerint etiam, qui γνωμικὸν arbitrarentur. Nihilominus ego ad Machaonem referri volo. nam ſtatim hæc in communem ſententiam erupiſſe, non credo: ſed cum Idomeneus dixiſſet Neſtori, ut in ſuum currum Machaonem reciperet jam vulneratum, & de vita periclitantem, rationem, qua magis Neſtor incitetur, ſubjungit: *Eſt enim*, inquit, *vir Medicus, qui pluribus aliis ſolus eſt præferendus.* Veruntamen apud *Platonem* in *Sympoſ.* ab Alcibiade de Eryximacho uſurpatur. Vide *Eraſ. Chil. III. Cent.* 8. Videtur etiam proverbialiter uſurpari in *Politico* ab hoſpite illo Platonico: ſed hoc fit, quemadmodum alii quoque verſus Homeri uſurpati ſunt; de quibus peculiarem fecit Centuriam *Eraſmus* in *Adag.* SPOND.

v. 520.

Τῇ, eo *ire*, vel *pervenire.*

v. 521.

Τρῶας ὀρινομένους, Trojanos turbatos.] Ab *Ajace* in *dextro* cornu. *v.* 496. CLARK.

v. 522.

Ἕκτορι παρβεβαὼς, (*pro* παραβεβηκὼς,) Juxta Hectorem in curru ſedens.

v. 523.

Ὁμιλέομεν — verſamur inter —

v. 524.

Ἐσχατιῇ πολέμοιο, in extremitate pugnæ. Vid. ad *I.* 480.

v. 525.

Ἐπιμὶξ, *adv.* miſtim, promiſcue. ab ἐπιμίγνυμι, miſceo, permiſceo.

v. 526.

Κλονέει, turbat *eos.*

v. 528.

Κεῖσ' — ἔνθα, Illuc — ubi.

Ἰθύνομεν, dirigamus.

v. 529.

v. 529.

Κακὴν ἔριδα προβαλόντες, pernicioſo certamine ſtrenue conſerto.] Φιλονείκως ἐρίσαντες. *Schol.*

v. 530.

Ἀλλήλους ὀλέκουσι, Mutuo ſe occidunt.

v. 532.

Λιγυρὸς, ρὰ, ρὸν, ſtridulus, argutus, argutum ſtridens: canorus: jucundus. a λιγυς, εῖα, ὺ, *idem.*

Πληγῆς ἀΐοντες, verbera ſentientes.

v. 534.

Στείβω, calco. *habet etiam quandam* denſandi & conſtipandi *ſignificationem*; *cum*, *quæ* calcantur, *eadem* & condenſentur.

v. 536.

Ἃς ἄρ'] *Quos utique.*

Ὁπλὴ, ῆς, ἡ, ungula, unguis quadrupedum, equi, porci, aſini, bovis, &c. ὁπλέων, *Jon.* pro ὁπλῶν.

Ῥαθάμιγξ, γος, ἡ, gutta. ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν θαμά. *Eſt autem* ῥαίνω, perfundo, adſpergo, irroro.

Ἔβαλλον, *hic* aſpergebant.

v. 538.

Ἀνδρόμεος, έα, εον, virilis. ab ἀνὴρ, vir.

v. 539.

Μίνυνθα δὲ χάζετο δουρὸς, parumque ceſſabat ab haſta.] *Pugna continenti & non intermiſſa urgebat.* CLARK.

v. 542.

Ἀλεείνω, effugio, declino, evito.

v. 543.

Ζεὺς δὲ πατὴρ Αἴανθ'] Avec quelle grandeur, & avec quelle bienſéance Homere ménage la fuite d'Ajax, en faiſant entendre qu'il ne cede pas à un homme, mais à Jupiter; & qu'il ne fuit pas même, mais qu'il ſe retire comme un lion ſans ſe hâter, & en tournant ſouvent la tête! DAC.

Αἴανθ' — ἐν φόβον ὦρσε, Ajaci — metum incuſſit.

v. 545.

Τρέσσε, pavefactus recedebat. pro ἔτρεσσε. a τρέω, tremo.

Θηρὶ ἐοικὼς,] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 323.

v. 546.

v. 546.

Ἐνίροπαλιζόμενος, Subinde ſe convertens. Vid. ad Z. 496.

Ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων.] *Pedatim incedens*, βάδην. CLARK *phraſis pulcherrima*, alternans genua, *i. e.* paulatim & ſenſim progrediens.

v. 547.

Μέσαυλος, ὁ, *ſeu* μέσαυλον, τὸ, locus in medio ſtabulo: ſtabulum. ex μέσος, & αὐλὴ, aula: ſtabulum.

v. 548.

Ἐσσεύοντο, Abigunt.

Ἀγροιώτης, ου, ὁ, *pro* ἀγρότης, homo ruſticus, paſtor. ab ἀγρὸς, rus, ager.

v. 549.

Εἰῶσι, ſinunt. *Poët.* pro ἐῶσι. v. ἐάω.

Ἐκ — ἑλέσθαι, eripere.

Πῖαρ, τὸ, pinguedo. a πίων, pinguis.

v. 550.

Πάννυχος, ου, ὁ, ἡ, *qui* per totam noctem *aliquid facit*. ex πᾶν & νὺξ.

Ἐγρήσσω, *Poët.* pro ἐγρηγορέω, vigilo.

Κρειῶν, pro κρεῶν. ex κρεάων, pro κρεάτων. a κρέας, caro.

Ἐρατίζω, amo, cupio. ab ἐράω, *idem.*

v. 551.

Ἰθύει, Recta irruit. ἰθύω, recta feror, recta pergo. 2.) impetu feror, prorumpo. 3.) deſiderio alicujus rei feror, agor, incendor. ab ἰθὺς, έος, rectus.

Οὔτι πρήσσει, nihil proficit. πρήσσω, *Jon.* pro πράσσω, facio.

v. 552.

Θρασὺς, εῖα, ὺ, audax, temerarius.

v. 553.

Δεταὶ, ῶν, αἱ, faſces in faſciculum colligatæ. a δέω, ligo.

Τάς τε τρεῖ, quas nempe horrens recedit.

Ἐσσύμενός περ, incitatus licet: *au milieu même de ſon plus grand acharnement.* DAC.

v. 554.

Ἀπὸ — ἔβη, diſcedit.

v. 557.

Ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 363. sqq.

Ἐβιήσατο, vim infert, prævalet, τῇ βίᾳ ἐνίκησεν. *Schol.*

v. 558.

Νωθὴς, έος, ὁ, ἡ, tardus, segnis, piger, hebes, stupidus.

Ὧι δὴ] *In quem scilicet; in quem utique.*

Περὶ — ἀμφὶς ἐάγη, circum fracti sunt.

Ῥόπαλον, ου, τὸ, clava. *h. l.* virga, baculus, fustis. a ῥέπω, vergo, propendo.

v. 559.

Κείρει] κόπτει τοῖς ὀδοῦσιν, ἐσθίει· μεταφορικῶς. *Schol.*

v. 560.

Νηπίη, infirma *est.*

v. 561.

Σπουδῇ, *h. l.* ægre, vix, magno labore.

Ἐξήλασσαν, expellunt.

Ἐπεί τ', *nec nisi* postquam.

Ἐκορέσσατο] Notandus maxime *proprius* Vocis Mediæ usus: *Postquam saturaverit se.* Vide supra *ad* v. 141. CLARK. *Comment. de Verbis Gr. Mediis, p.* 245.

v. 565.

Ἄλλοτε, nunc.

Μνησάσκετο, recordabatur. *Jon.* pro ἐμνήσατο.

v. 567.

Ὁτὲ, aliquando, quandoque. *hic* nunc.

Τρωπάσκετο φεύγειν, vertebat se ad fugam. τρωπάω, *Poët.* pro τροπάω, ῶ, verto, converto.

v. 568.

Προέεργε, *cum Accus.* se opposuit. *seq. Dat.* v. προεέργω, prior arceo *vel* prohibeo.

Ὁδεύειν, ne irent. v. ὁδεύω, eo, iter facio, proficiscor. ab ὁδός.

v. 571.

Πάγεν, figebantur. *pro* ἐπάγησαν. aor. 2. ind. Pass. v. πήγνυμι.

Ὀρμενα πρόσσω, impetu acta ante se *vel* adversus. ὄρμενος *pro* ὀρόμενος, qui citato impetu fertur. ab ὄρω.

v. 572.

v. 572.

Πάρος χρόα λευκὸν ἐπαυρεῖν, antequam corpus candidum attingerent.

v. 573.

Λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι, cupientia corpore ſe ſaturare.

v. 575.

Βιαζόμενον, oppreſſum : obrutum.

v. 578.

Ἧπαρ, ατος, τὸ, hepar, jecur.

v. 581.

Ἀπαίνυμαι, aufero. ex ἀπὸ & αἴνυμαι, capio, aufero.

v. 583.

Ἐκλάσθη, fracta eſt. v. κλάω, frango.

Ἐβάρυνε, gravi dolore affecit. v. βαρύνω, gravo, premo.

v. 584.

Ἔθνος, τὸ, *h. l.* turba, multitudo, agmen.

v. 587.

Στῆτ', Conſiſtite.

Ἐλελιχθέντες, converſi.

Ἀμύνω τινά τι, arceo quid a quo.

v. 590.

Ἵσταθ', Conſiſtite.

v. 593.

Ἀνασχόμενοι, elevantes.

v. 594.

Μεταστρεφθεὶς, converſus.

v. 595.

Δέμας, τὸ, corpus. *A.* 115. *Eſt etiam particula ſimilitudinis*, ſicut, inſtar, *& regit Genit. ut h. l.*

v. 596.

Ἵπποι, equæ.

v. 598.

Τὸν δὲ ἰδὼν ἐνόησε — Hunc autem proſpiciens agnovit —] Achille au deſeſpoir de ne pouvoir combattre, ſe conſoloit au moins en voiant le combat. Homere tire de là avec beaucoup d'art le dénouëment de ſon Poëme; car ce Heros, que les prieres d'Ulyſſe, celles de Phœnix & celles d'Ajax n'avoient pu flechir, eſt touché du ſpectacle de la défaite des Grecs. Cela le diſpoſe à envoier Patrocle

Patrocle combattre en ſa place, & Patrocle tué, fait qu'il renonce à ſon reſſentiment pour venger ſon ami. DAC.

v. 600.

Ἴωκα, *per metaplaſmum* pro ἰωκήν. a ἰωκή, ῆς.

Ἰῶκά τε] καὶ τὴν δίωξιν· ὅ ἐςι, τὴν φυγὴν, τὴν πολλῶν δακρύων αἰτίαν, καὶ λυπηράν. *Schol.*

v. 603.

Ἔκμολεν, prodiit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἐξέμολεν, v. ἐκμολέω, ῶ, exeo, prodeo. ex ἐκ & μολέω, vado, eo, venio.

Κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή, Mali autem ei fuit principium: *& ce fut là le commencememt de ſon malheur.* DAC. Notandum hic in tranſcurſu, quam in hoc Poëmate (non utique ῥαψωδίᾳ,) *apta* & *connexa* ſint omnia; quam a capite ad calcem una ſit & perpetua narratio. CLARK.

v. 605.

Τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο; quid autem tibi opus eſt me?

v. 610.

Ἔρειο, interroga. *pro* ἔρυ, ab ἔρομαι: nempe diphthongo ου reſoluta in εο, deinde ι addito ad ε *Poët.*

v. 612.

Τά γ' ὄπιθε — πάντα, a tergo — omnia; poſterioribus partibus — omnibus.

Ἔοικε, ſimilis videtur.

v. 614.

Παρήϊξαν, præterierunt. v. παραΐσσω. *E.* 690.

Πρόσσω μεμαυῖαι, ulterius properantes.

v. 620.

Ἱδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων, ſe reficiebant a calore ſudorem exſiccando a tunicis.] *Il. X.* 2. eſt eadem forma, ſed ſine χιτώνων, quod verbum duriorem ſententiam facit. Sed dum ſiccant flatu aëris veſtes ſudore humentes, ſiccantur & ipſi. ERN.

v. 621.

Στάντε, Stantes.] *Neſtor* & *Machaon.*

Ποτὶ πνοιὴν, ad ventum.

v. 623.

Τεῦχε, parabat.

Κυκεὼν, ῶνος, ὁ, potio miſcellanea. *Schol.* Ἔςι δίψης

ἴαμα

γαμα ὁ κυκεὼν, ἐκ διαφόρων εἰδῶν σκευαζόμενος. Accuſ. κυκεῶ, per Apoc. ſed Poët. κυκειῶ, ut hic, pro κυκεῶνα. a κυκάω, ῶ, miſceo, liquores miſceo, confundo.

v. 624.

Τὴν ἄρεΤ, Quam abduxit.

Πέρσεν, eam diripuit.

v. 626.

Ἔξελον, Electam dederunt: ἐξαίρετον ἔδωκαν.

Ἀριστεύεσκεν ἁπάντων, præſtabat omnibus.

v. 627.

Ἐπιπροϊάλλω, protendo, propono, appono; foras emitto, promo. ex ἐπὶ & προϊάλλω, idem.

v. 628.

Κυανόπεζος, ου, ὁ, ἡ, cyaneos, nigros, ſeu cæruleos habens pedes. ex κύανος, ου, vel κυανὸς, οῦ, ὁ, color cæruleus, qualis cœli eſt; & πέζα, ης, pes.

v. 629.

Χάλκειον κάνεον, Æream lancem.

Ἐπὶ δὲ, & in ea.] Eleganter ὄψον ποτῷ vocat cepas, quæ vinum ſuavius reddant. Cepæ autem græcæ & Ægyptiacæ dulciſſimæ; unde apud Veteres in deliciis numerantur. E Sponii itinerario tradit Calmetus ad Numer. XI. ERN.

Κρόμυον, vel κρόμμυον, ου, τὸ, cepa, ſeu cepe.

Ποτῷ ὄψον, potioni aptum opſonium.

v. 630.

Μέλι χλωρὸν, mel recens.

Ἄλφιτον, ου, τὸ, farina hordeacea. 2.) polenta. 3.) ad victum neceſſarium.

Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, littus. h. l. fructus, vel fruges.

v. 629. 630.

Fructuum quoque & *olerum* Heroibus aliquem fuiſſe uſum; liquet ex eo, quod Neſtor jubet afferri in caniſtro

— — κρόμυον, ποτῷ ὄψον,
Ἠδὲ μέλι χλωρόν. — —
— — *cepe, obſonium potioni aptum,*
Et mel recens. — —

Ulyſſes quoque ait, data ſibi puero a Laërte patre poma, Odyſſ. XXIV. 339. Hinc & in horto Alcinoi laudantur pira, mala, uvæ, porrum, & id genus alia. Odyſſ. VII. 120. ſq.

Et

Et Tantalo apud inferos arbores multæ fructus ostentant, piri, mali punicæ, aliæque; ficus, oleæ: *Odyss. XI.* 587 *sqq.* Quo argumento *Athenæus Lib. I.* etiam ante Trojana tempora fructuum usum obtinuisse concludit. Usus pomorum maximus fuit in mensis, quas dicunt secundas. Unde *Servius* ad *Virg. Æneid. I.* 727. *Duas habebant mensas, unam carnis, alteram poculorum.* Eas tamen Heroibus non apponit *Homerus*; etsi ab antiquissimis jam inde temporibus in usu fuisse contendat *Athenæus, Lib. XIV.* FEITH. *L. III. C. I.* §. *VII.* RICC. *Diss. Hom. Tom. I. p.* 174.

v. 632.

Οὖατα *aliquando* vasorum ansæ.

v. 634.

Νεμέθοντο, pascebantur.

Πυθμὴν, ένος, ὁ, fundus, ima pars.

v. 631 — 634.

Solebant Veteres pocula sua variis emblematis distinguere ac exornare, cujus exemplum in hoc Nestoris cissybio. Sic *Herodorus Heracleotes* apud *Athenæum Atreo*, scribit; *fuisse phialam auream, in cujus medio aurea agni imagun-cula.* Notum quoque illud Daphnidis caprarii cissybium, multis imaginibus insigne apud *Theocritum*, *Idyl. I.* 25. *sqq.* & quod *Anacreon* describit (*ab init. Carminum*,) ποτήριον ἀργυροῦν, *argenteum poculum.* FEITH. *L. III. C. II.* §. *V.*

v. 635.

Ἄλλος μὲν μογέων — Alius quidem *senex* non sine labore —

Ἀποκινήσασκε τραπέζης, submovisset a mensa.

v. 636.

Ἀμογητὶ, *adv.* sine labore: ex α priv. & μόγος, labor.

Ἄειρεν, tollebat.

Nestoreum hoc poculum Antiqui suis enarrationibus varie illustrarunt: qua de re potest legi *Athenæus Lib. XI.* ubi inter varia poculorum genera hoc quoque recensetur, singillatimque illius partes explicantur. SPOND.

v. 637.

Ἐν τῷ ῥα] *In hoc utique.*

Κυκάω, misceo, confundo.

v. 638.

Οἴνῳ Πραμνείῳ,] Hoc vinum inter celebria vina Græ-

 corum

corum primo loco ponit Ælian. V. H. XII. 31. ubi vid. Perizonii nota, qua bene docet, non certi loci, sed certi generis vinum fuisse, quod durabile, austerum, pingue & tamen suave fuerit. ERN.

Ἐπὶ δ' ἄιγειον κνῆ τυρὸν] Confectionem hujus potionis non esse e nostris moribus judicandam, & istis græcis suave esse potuisse, quod nos offendit, bene monet *Riccius* V. C. Diss. Homer. T. I. p. 181. IDEM.

Ἐπὶ, insuper.

Κνῆ, rasit. imperf. *vel* aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔκνη, v. κνῆμι, rado, scalpo. *quod* a κνάω, *idem.*

Τυρὸς, ȣ̃, ὁ, caseus.

v. 639.

Κνῆστις, εως, ἡ, culter: radula. κνήστι, pro κνήστεϊ, (κνήστιϊ) ut legit Etym. M. a κνάω, rado.

v. 640.

Ὥπλισσε, apparasset.

v. 641.

Τὼ δ'] *Nestor* & *Machaon.*

Ἀφέτην, exemissent: exemerunt. 3. dual. aor. 2. ind. Act. v. ἀφίημι, dimitto, remitto, omitto.

Πολυκαγκὴς, έος, ὁ, ἡ, *quasi* multum calefactus, admodum aridus, siccus. Epith. *sitis.* ex πόλυς & κάγκανος, aridus, quod a καγχαίνω, calefacio, arefacio.

Δίψαν, sitim. a δίψα, ης, ἡ, sitis. 2.) vehemens desiderium.

v. 642.

Πρὸς ἀλλήλȣς ἐνέποντες, inter se colloquentes.

v. 643.

Θύρῃσιν ἐφίστατο, foribus adstitit.

v. 644.

Ἀπὸ θρόνȣ ὦρτο φαεινȣ̃, a sede surrexit splendida.] Hoc a Seniore erga juniorem præstitum, collati honoris argumentum est non leve: nam quod junioribus erga seniores facere convenit, id *hoc loco* senior Nestor erga juniorem Patroclum facit, cum ipsi assurgit. SPOND.

v. 645.

Ἑδριάομαι, sedeo. ab ἕδρα, ας, ἡ, sella, sedes.

Manu prehensos hospites *domi considere* protinus *jubebant.*

bant. Achilles Diomedem ac Ulyssem in patris ædes adventantes

Ἐς δ' ἄγε χειρὸς ἑλὼν, κατὰ δ' ἑδριάασθαι ἄνωγε,

Introduxitque manu prehensos, & considere jussit.

Idemque legatos ab Agamemnone missos,

Εἷσεν δ' ἐν κλισμοῖσι, τάπησί τε πορφυρέοισιν,

Sedere autem fecit in sellis recubitoriis, tapetibusque purpureis.

Jussit vero etiam pocula iis misceri, quod & *alibi* factum ingredientibus. FEITH. *L. III. C. XIII.* §. *III.*

v. 646.

Ἠτέρωθεν ἀναίνετο, contra renuebat.

v. 647.

Οὐχ ἕδος ἐστὶ, Non sedendi tempus est.] Defectiva oratio, & hominis festinantis; quasi dicat Patroclus: Non est mihi jam opportunum, ut considеam, quia diutius hîc apud te commorari non licet, propter ejus, qui me ad te delegavit, asperitatem: quam ut devitem, satius est ut de plano rem totam a te intelligam, cujus gratia huc missus sum, & statim ad Achillem revertar. SPOND.

v. 648.

Αἰδοῖος, verendus *est.*

Νεμεσητὸς, iracundus, stomachosus *est.*

Ὅ με προέηκε πυθέσθαι, qui me misit sciscitatum.

v. 653.

Ἀναίτιος, ου, ὁ, ἡ, insons, innocens. ex α pr. & αἰτία, culpa.

Αἰτιόωτο, culpaverit. præs. opt. Med. pro αἰτιῷτο, quod *contr.* pro αἰτιάοιτο. v. αἰτιάομαι.

v. 656.

Βεβλήαται, vulnerati sunt. 3. plur. perf. ind. Pass. *Jon.* pro βέβληνται, v. βάλλω.

v. 657.

Ὄρωρε, excitatum sit. præt. ind. Med. *Att.* pro ὦρε, v. ὄρω, excito.

v. 658.

Κέαται, jacent. *Poët.* pro κεῖαται, hoc autem *Jon.* pro κεῖνται.

v. 662.

Τοῦτον δ' ἄλλον] *Machaonem.*

 Νέον

Νέον ἤγαγον, modo abduxi.

v. 663.

Ἀπαὶ, pro ἀπὸ, *Poët.*

v. 666.

Ἀργείων ἀέκητι, Argivis *frustra* resistentibus. ἀέκητι, invito. *Adjungitur Genit. ita etiam* ἕκητι, sponte, ultro. *Illud* Poët. *pro* ἀκοντι, *hoc pro* ἑκοντι.

Πυρὸς δηίοιο θέρωνται, igne hostili comburantur. Vid. ad Z. 331.

v. 667.

Ἐπισχερὼ, *adv.* alii super alios; deinceps, ordine. Deductum putatur ab ἐπίσχω, *idem quod* ἐπέχω, inhibeo.

v. 668.

Ἔσθ', est.

Γναμπτὸς, ἡ, ὸν, flexibilis: agilis. a γνάμπτω, flecto.

v. 669.

Εἴθ' ὡς ἡβώοιμι, Utinam sic pubescerem. Vid. ad *H.* 133.

v. 670.

Νεῖκος ἐτύχθη Ἀμφὶ κ. τ. λ. inter — certamen ortum est De &c.

v. 671.

Βοηλασία, ας, ἡ, boum abactio: præda. ex βοῦς & ἐλαύνω, ago, abigo.

v. 673.

Ῥύσι'] Vulgo, *Pignora.* Sunt tamen, qui vertendum contendant, *Sacrificia.* Vide *Histoire Critique de la Republique des Lettres. Tom. I. p.* 215. CLARK. Inepte. Ῥύσια ἐλαύνεσθαι est quod uno verbo ῥυσιάζειν apud Diodor. in Excerpt. de Vit. & Virt. p. 549. T. II. ed. Wess. *prædas agere* ob factam injuriam, quæ hoc modo reparetur. vid. ibi Cel. Wesseling; unde facile patet, quid sint ῥύσια. ERN.

Ἀμύνων ᾗσι βόεσσιν, vim propulsans a suis bobus, *vel* auxilians suis bobus.

v. 675.

Κὰδδ' ἔπεσεν, Concidit autem.

Περίτρεσαν, undiquaque trepidæ (*scil.* copiæ) aufugerunt. περιτρέω, circum trepido.

Λαοὶ — ἀγροιῶται, copiæ — agrestes: *ses soldats, qui n'étoient que des bergers.* DAC.

v. 676.

v. 676.

Συνελάσσαμεν, coëgimus. v. συνελαύω, compello, cogo.

Ἤλιθα, *adv.* frustra, incassum. 2.) *h. l.* profuse, confertim, large, valde, copiose. *& sic ab* ἅλις, *adv.* satis, abunde. *Sed primo modo ab* ἠλίθιος, ὁ, stultus, insipiens.

v. 677.

Πῶεα, greges. a πῶϋ, εος, τὸ, grex.

v. 678.

Συβόσιον, ου, τὸ, grex suum, qui pascuntur. ex σῦς, & βόσις, ἡ, pastus. *quod* a βώσκω *seu* βόω, pasco.

Αἰπόλιον, ου, τὸ, grex caprarum. ab αἰπόλος, ου, ὁ, caprarius, pastor caprarum. *quod* ex αἲξ, capra, & πολέω, versor.

Αἰπόλιον, grex caprarum, ποίμνιον, *h. l.* πῶϋ οἰῶν, ovium, συβόσιον, porcorum, βουκόλιον, *h. l.* βοῶν ἀγέλη, boum, ἱπποφόρβιον, equorum.

v. 682.

Ἐννύχιος, ου, ὁ, ἡ, nocturnus. ex ἐν & νύξ.

Προτὶ ἄστυ, in urbem.

Γεγήθει φρένα, lætatus est animo.

v. 683.

Τύχοι, contigissent.

Νέῳ πολεμόνδε κιόντι, juveni ad bellum profecto.

v. 684.

Λιγαίνω, stridulum & argutum sono, canore edico, clare prædico. a λιγὺς, stridulus, argutus: canorus.

Ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, simul ac aurora apparuit.

v. 685.

Τοὺς ἴμεν, Illos adesse, illos accedere.

Χρεῖος, τὸ, *Poët.* pro χρέος, τὸ, debitum; mutuum, æs alienum.

Δίῃ,] θαυμαστῇ, ἱερᾷ· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτιμᾶτο Ὀλύμπιος Ζεύς· οὗ καὶ πανήγυρις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἤγετο, τὰ Ὀλύμπια· ἔνθα ἠγωνίζοντο οἱ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος πάντες. Ἔστι δὲ καὶ πόλις Πελοποννήσου. *Schol.*

v. 687.

Δαιτρεύω, divido, *more* δαιτροῦ, carnes distribuo *propr.* a δαιτρὸς, οῦ, ὁ, qui carnes dividit, coquus.

Πολέσιν γὰρ — μηχανόωντο] Versus hosce *octo* in *Parenthesin* inclusi, & ipsam *aliis interjectis Parenthesibus* intricatam. Consulto, ut mihi quidem videtur, & singulari Poëtæ alioqui summe perspicui artificio. Vide infra ad *v.* 697. & 766. & supra ad *I.* 553. CLARK.

Πολέσιν γὰρ Ἐπειοὶ, multis enim Epei,] Hoc debitum Epeorum ita interpretor; ut ipsi illis e numero Pyliorum debeant, quibus bona antea vi eripuerunt, quasi rerum sibi ablatarum dominium ad eos voluntate possidentium translatum non sit, sed velut a repetituris ad tempus commodatum: & videtur hoc a Nestore festive *debitum*, vel χρεῖος appellari. Convocati ergo sunt Pylii ad prædæ Epeorum divisionem, & quibus plus fuit ab Epeis ablatum, plus etiam ex præda tributum fuit, & jacturam suarum facultatum alio genere compensarunt. Sic *infra* Neleus pro ablatis sibi quatuor ἀθλοφόροις equis armentum boum & gregem ovium ac pastores sortitus est, & ita acceptum illud in equis damnum alio genere animalium resarcivit. SPOND.

v. 688.

Ὡς, ex quo, *vel* quandoquidem.

Κεκακωμένοι, malis fracti. *Schol.* κακῶς διατεθειμένοι, βεβλαμμένοι. v. κακόω, malo *seu* damno afficio, vexo, affligo, male & inique tracto. a κακὸς, malus.

v. 689.

Βίη Ἡρακληείη, Hercules. Vide supra ad *B.* 658.

v. 690.

Τῶν προτέρων ἐτέων, Superioribus annis.

Κατὰ — ἔκταθεν, interfecti fuerant. pro κατέκταθεν. hoc autem *Bœot.* pro κατεκτάθησαν, aor. 1. ind. Pass. v. κατακτείνω.

v. 693.

Ταῦθ', *Ob* hæc.

Ὑπερηφανέω, ῶ, superbio, insolesco, animo efferor. ab ὑπερήφανος, superbus, elatus; *qui supra alios vult videre.* ex ὑπὲρ & φαίνομαι.

v. 694.

Ἀτάσθαλος, ου, ὁ, ἡ, improbus, scelestus, perniciosus, injustus, iniquus, impius.

Μηχανόωντο, moliti erant.

v. 695.

v. 695.

Ἐκ — Εἵλετο, sibi exemit.

v. 696.

Κρίνομαι, hic eligo.

Νομεὺς, έως, ὁ, pastor. a νέμω, pasco.

v. 697 — 703.

Καὶ γὰρ — πολλὰ] Et hosce versus in *Parenthesin* inclusi, ipsam quoque *aliis interjectis Parenthesibus* implicatam. Vide infra ad *v.* 766. item supra ad *v.* 687. & ad *I.* 553. CLARK.

v. 698.

Αὐτοῖσιν ὄχεσφιν, *cum* ipsis curribus.

v. 699.

Ἐλθόντες μετ᾽ ἄεθλα, qui ierant ad præmia *reportanda.* ἄεθλον, ου, τὸ, præmium certaminis.

Τρίπους, Tripus. Θ. 290. De eo vide MARTINII *Lex. Philol.* LOD. CÆLII RHODIGINI *Lection. Antiq. Lib. VIII. Cap. XV.* PITISCI *Lex. Antiq. Rom. Tom. III. p.* 643. aliosque.

Ἔμελλον θεύσεσθαι, Erant cursu certaturi.

v. 700.

Θεύσεσθαι, fut. 1. infin. Med. v. θέω.

v. 701.

Κάσχεθε, detinuit. *Æol. Sync.* pro κατέσχεθε. v. κατασχέθω, inhibeo, detineo.

Ἵππων, equorum *causa.*

v. 702.

Τῶν — ἐπέων — ἠδὲ καὶ ἔργων, *Ob* hæc — dicta — atque facta.

v. 703.

Princeps expeditionis ex omni præda portionem aliquam extra sortem auferebat. Quemadmodum Neleus

Ἐξείλετ᾽ ἄσπετα πολλὰ, τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἐς δῆμον ἔδωκε,

Exemit sibi admodum multa, reliqua autem populo dedit.

Ulyssi quoque ex præda, a Cyclope congesta, eximius cessit aries. *Odyss. IX. v.* 550. *sq.* adeoque ex venatu decem habuit capreas, cum socii haberent novem.

— — ἐμοὶ δὲ δέκ᾽ ἔξελον οἴῳ.

— — *mihi vero decem elegerunt soli.*

v. 160. *ejusd. Libri IX. Odyss.* FEITH. *L. IV.* C. *XVI.* §. *V.*

4 v. 704.

v. 704.

Ἀτέμβω, contristo, tristitia afficio. 2.) privo, frustror. *Dicitur quasi εἰς ἄτην ἐμβιβάζω*, in damnum & mœrorem induco. ἀτέμβομαι, contristor; defraudor, privor. *quasi εἰς ἄτην ἐμβαίνω*, in cladem incido.

In prædæ distributione magna habita ratio æquitatis, ne quis justa portione fraudaretur. Ita factum ab Ulysse, direptis Ciconibus:

Δασσάμεθ', ὡς μήτις μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης,

Divisimus, ut ne quisquam mihi privatus abiret parte æquali. Odyss. IX. v 42. Idemque repetitum in dividenda præda venatus, *sub finem*, *v.* 549. Similiter *h. l.* Neleus Elidensibus ablata spolia

Δαιτρεύειν, μήτις οἱ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης,

Dividenda, ne quis sua fraudatus abiret æquali portione. Quare Ulysses *Odyss. XIII.* 262. ait, se Orsilochum, Cretensis regis filium, occidisse, *quod se privare vellet præda*,

Οὕνεκα με στερέσαι τῆς ληΐδος ἤθελε πάσης.

FEITH. *L. IV. C. XVI.* §. *IV.*

v. 708.

Μολίονε, Moliones *duo.*

v. 710.

Πόλις, αἰπεῖα κολώνη, urbs, arduo loco sita. *B.* 811.

v. 712.

Ἀμφιστρατάομαι, ῶμαι, obsideo. ex ἀμφὶ & στρατάομαι, exercitum colloco, castra pono.

v. 713.

Μεταχιάθω, transeo.

Ἄμμι δ' Ἀθήνη] *Nobis utique Minerva*; vel, *tum vero nobis Minerva.* CLARK.

v. 714.

Θωρήσσεσθαι, ut armaremur.

v. 716.

Ἐσσυμένους πολεμίζειν, incitatos cupiditate pugnandi.

v. 718.

Ἴδμεν πολεμήϊα ἔργα, peritum esse bellicorum operum.

Ἴδμεν, *per Sync.* pro ἰδέμεν. hoc autem *Jon.* pro ἰδεῖν, aor. 2. infin. Act. v. εἴδω, scio.

v. 719.

v. 719.

Μετέωρεπον — inter — insignis eram. B. 481.

v. 720.

Ἐπεὶ ὥς ἄγε νεῖκος Ἀθήνη, Quandoquidem sic *me* duxit ad pugnam Minerva.

v. 721.

Εἰς ἅλα βάλλων, in mare *se* projiciens. *βάλλω aliquando dicitur de* cursu fluminis, *ut hîc*.

v. 722.

Ἀρήνης,] Ἀρήνη, πόλις τῆς Πύλȣ. *Schol.*

v. 723.

Ἐπέῤῥεεν, affluebant *interea*.

v. 725.

Ἔνδιος, ία, ιον, meridianus.

Ῥόος, ȣ, *contr.* ῥȣ̃ς, ῥȣ̃, ὁ, fluentum, fluxus. a ῥέω, fluo.

v. 728.

Ἀγελαῖος, αία, αῖον, armentalis, e grege. 2.) gregarius, gregalis. ab ἀγέλη, armentum, grex.

v. 734.

Φαέθων, ονος, ὁ, lucidus, splendidus. *Solis* epith. a φαέθω, *idem quod* φάω, luceo.

Ὑπερέχεθε γαίης, eminuit supra terram.

v. 735.

Συμφέρομαι *hîc* congredior.

v. 736.

Ἔπλετο νεῖκος, *commissum* erat certamen.

v. 737.

Κόμισσα, abstuli.

v. 740.

Ἢ τόσα φάρμακα ᾔδη,] Medicinæ munus videtur olim etiam a fœminis exerceri solitum, tum ex hujus Agamedæ exemplo, tum ex aliis quibusdam apud hunc Poëtam, ut in *Odyss. Lib. IV.* de Helena ipsa videbimus & Polydamna Ægyptia, a qua sua medicamina didicerat Helena. Talis fuit Medea, talis Circe, talis Crocodice apud *Ælianum.* SPOND.

v. 743.

Στῆν, steti.

v. 744.

Ἔτρεσαν, Territi fugerunt.

v. 748.

Ὀδὰξ, *adv.* mordicus, dentibus. ab ὀδὺς, ὄντος.

Ἕλον οὖδας, prehenderunt solum.

v. 749.

Ἀλάπαξα, interfecissem.

v. 751.

Ἐσάωσε, *ereptos* servasset.

v. 753.

Ἀσπιδὴς, έος, ὁ, ἡ, in clypei modum rotundus: clypeis stratus. ab ἀσπίς.

v. 754.

Ἀνὰ — λέγοντες, colligentes.

v. 755.

Πολύπυρος, ου, ὁ, ἡ, multum triticum ferens, tritico abundans. ex πολὺς & πυρὸς, οῦ, ὁ, triticum, frumentum.

Βήσαμεν, egimus.

v. 757.

Κέκληται, Vocatur.

Ἀπέτρεψε, avertit.

Ἀθήνη] *Prudenter* videlicet cavebant, ne ultra modum progrederentur. CLARK.

v. 159.

Ἔχον, agebant.

v. 760.

Εὐχετόωντο, gratias agebant. v. εὐχετάομαι, ῶμαι, precor, supplico.

Θεῶν, ex Diis.) (ἀνδρῶν, ex hominibus.

v. 761.

Ὡς ἔον, Talis fui, *vel* eram. ἔον est aor. 2. *Poët.* pro ἦον, ab εἰμί. unde Optat. ἔοιμι. *Sed sunt, qui volunt esse* pro ἦν, imperf.

v. 762.

(ἐκ *vel* ἀπὸ) Τῆς ἀρετῆς ἀπονήσεται, virtute sua fruetur. ἀπόνημαι vel ἀπόναμαι, utilitatem ex aliqua re capio: fruor. ex ἀπὸ & ὄνημι, juvo.

v. 763.

Μεταχλαίω, post-fleo *seu* doleo, lacrymis & fletu prosequor.

v. 766—

v. 766 — 784.

(Νῶϊ δὲ — Ἄκτορος υἱός.)] Versus hosce *novendecim* in *Parenthesin* inclusi. Quæ res, quam sit Poëtæ non vitio, sed summæ laudi danda; vide supra ad *v.* 687. & 697. item ad *I.* 553. CLARK.

v. 773.

Ἐν χόρτῳ] Latini, vocem Græcam retinentes, villæ *cohortem* appellabant; indeque *aves cohortales* &c. apud *Columellam.* CLARK. χόρτος, ου, ὁ, fœnum, gramen, *simpl.* cibus. 2.) septum, quo cincta est cohors.

Erat αὐλή, *atrium*, τόπος ὑπαίθριος, *locus subdivalis*, ut ait *Athenæus*, *Lib. V.* apertus & vacuus, ubi erat ara Jovis Hercei, in qua sacrificabat Peleus.

Αὐλῆς ἐν χόρτῳ.

Aulæ in septo.

Ei juncta αἴθουσα, quæ Scholiastæ in *IX. Iliad. v.* 468. coll. ad *Iliad. VI. v.* 243. dicitur περίστυλον, τοῦτ' ἔστι πρὸς ἥλιον τετραμμένη στοά, *ad solem conversa porticus*, παρὰ τὸ αἴθεσθαι. FEITH. *L. III. C. XI.* §. *IV.* nec non *L. I. C. IX.* §. *VIII.*

Ἄλεισον, ου, τό, poculum cælatum. 2.) poculum.

In *Libationum* usum comparata *pocula*, quæ apud beatiores *constabant ex auro.* Tale Pelei χρύσειον ἄλεισον, *aureum poculum.* Itemque Menelai χρύσεον δέπας, *aurea patera. Odyss. XV.* 149. His vino repletis leviter aliquid de summis labris effundebant in Deorum honorem, reliquum ipsi ebibentes, uti constat ex multis *Homeri* locis. Singulare vero illud poculum Achillis erat, *ex quo nulli alii viro propinabat; nec ulli Deorum, nisi Jovi libabat. Iliad. XVI. v.* 225. *sqq.* FEITH. *L. I. C. VIII.* §. *II.*

v. 775.

Σφῶϊ, Vos. Σφῶϊ μὲν — ἕπετον] *Patroclus* & *Achilles.*

Ἀμφὶ — ἕπετον, apparabatis. Vid. *B.* 525.

Νῶϊ, Nos.

v. 776.

Πρόθυρον, ου, τό, quod est ante januam. vestibulum, limen. ex πρὸ & θύρα.

v. 779.

Ταρπήμεν, *seq. Gen.* saturati fuimus. *seq. Abl.* aor. 2. ind. Pass. *Jon.* pro ἐτάρπημεν, v. τέρπω, delecto.

Πολλῆς,

Ποτῆς, ῆτος, ἡ, potio, potus. a πίνω.

v. 780.

Ἄμμ'] *Patroclum* & *Achillem.*

v. 781.

Τὼ δ' ἄμφω] *Peleus* & *Menoetius*, patres *Achillis* & *Patrocli.*

v. 783.

Ἀιὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

Semper fortissime se gerere, & virtute superiorem esse aliis.

Nemini, qui ad laudem properet, arridere *mediocritas* debet. Auream illam quidem laudavit *Horatius*, laudavit *Aristoteles*, Philosophi omnes laudarunt; nihilominus cum mediocritatem laudarunt, eam sane intellexerunt, quæ vel in rebus indifferentibus servanda est, quales divitiæ sunt, epulæ, ludi, spectacula, vel affectibus mitigandis tanquam frenum quodpiam adhibetur; *mediocritatem* vero, ubi de præclaris facinoribus, & de eo, quod in laude ponitur, sermo est, nunquam laudandam susceperunt: ea siquidem, quæ gloriam afferunt, mediocritatem respuunt, & ad excellentiam semper contendunt, ad quam quo propius accesserunt, eo majora ac præclariora prædicantur. Siqui vero in magnis facinoribus præstantiæ culmen teneant, pene supra humanam conditionem evectos putamus, & vehementer admiramur. Quæ cum ita sint, quam utile, pulcrum, præclarum monitum illud habendum est, quod, ut *h. l.* legere licet, animo filii Achillis, magnæ indolis atque exspectationis adolescentis, ad Iliacum bellum profecturi, sapiens Peleus imprimere curavit: Fili, *ait*, illud semper præ oculis habe, in id toto pectore incumbe, ut ceteris quibuscunque bellica virtute præstes, ac supra alios rebus præclare gestis eveharis.

Ἀιὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Semper præstare, atque alios præcellere laude.

RICC. *Diss. Hom. Tom. II. p. 2. sqq.*

v. 785.

Γενεῇ — ὑπέρτερος, genere — superior.

v. 786.

Πρεσβύτερος, major natu.

v. 787.

v. 787.

Ὁι φάσθαι, illi da, *vel* dato.

Πυκινὸν ἔπος, prudens consilium.

Ὑποθέσθαι, admone.] In v. proximo εἰς ἀγαθόν περ verterim potius, *in rebus honestis quidem*, vel *certe*. non adfirmantis vel augentis est περ h. l. sed distinguentis. ERN.

v. 788.

Ὁι σημαίνειν, ei præcipe.

v. 791.

Τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ,] Homere a donc reconnu que c'est Dieu qui anime les paroles des Sages, & que c'est lui qui leur donne la force de persuader. DAC.

Σὺν δαίμονι, Deo favente: σὺν ἀγαθῷ Θεῷ. *Schol.*

Ὀρίναις, commoveas.

v. 792.

— ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου,

— bona utique admonitio est amici.

Παραίφασις, εως, ἡ, admonitio, consilium. a παράφημι, suadeo, consilium do, hortor.

v. 794.

Ἐπιφράζω, indico. *ut hinc sit* ἐπέφραδε, *aor.* 2. indixit.

Καί τινά οἱ πὰρ Ζηνὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ,

Et aliquod ei a Jove dixit veneranda mater, *quo minus ipse eat.*

Et que la Déesse sa mere lui ait revelé de la part de Jupiter des décrets de la Destinée,] Nestor parle ainsi sur ce qu'Achille lui-même avoit dit aux Ambassadeurs d'Agamemnon dans le *IX. Livre*, & ceci est encore bien adroit, car rien n'étoit plus capable de toucher Achille, que de lui faire entrevoir que le bruit général de l'armée étoit qu'il ne se tenoit ainsi renfermé dans sa tente que pour éviter la mort, dont sa mere l'avoit menacé, en lui découvrant l'ordre des destinées. DAC.

v. 795.

Ἀλλά σέ περ προέτω, Saltem te mittat. προέτω, aor. 2. imperat. v. προΐημι, præmitto.

v. 796.

Φόως Metaph. *usurpatur pro* salute, auxilio, & victoria. *item* Φάος.

Αἴκεν τί Φόως Δαναοῖσι γένηαι, si forte quid luminis Danais fias: *pour voir, si vous ne pourrez pas faire luire quelque rayon de lumiere aux Grecs.*] Ceci est dit avec un menagement bien glorieux à Achille. Il n'y avoit que ce Heros qui pût être la lumiere des Grecs; Patrocle avec les armes d'Achille ne pouvoit faire luire qu'un leger rayon de lumiere. Voila pourquoi Nestor dit τὶ Φόως. DAC. Conf. *Il. XVI. v.* 39. nec non *Eurip. Hecub.* selectis Observat. N. T. adornata *a* I. CHRIST. WEIDLING. *pag.* 100.

v. 798.

Ἴσκω, assimilo, comparo. pro εἴσκω, *idem.* ab εἴδω.

Ἀπόσχωνται πολέμοιο, abstineant pugna.

v. 799.

Ἀναπνέω, *fut.* εύσω, respiro. 2.) recreor, relaxor animo. *hinc v. seq.* ἀνάπνευσις, εως, ἡ, respiratio. 2.) recreatio; relaxatio.

v. 800.

Ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο,

Exigua sane respiratio in bello *profuerit.*

v. 801.

Ἀκμὴς, ῆτος, ὁ, non defatigatus, non defessus, integer. ex α priv. & κάμνω, fatigo.

Ἀκμῆτες,) (κεκμηότες, fatigati, defessi.

Ἀϋτῇ, prælio *aggressi.*

v. 802.

Ὤσαισθε, Repellatis.

v. 806.

Ἵνα *h. l.* ubi.

Θέμις *h. l.* jus dicendi locus.

v. 807.

Ἦην, Erat.

Τῇ, *h. l.* ubi.

Ἐτετεύχατο, constituta erant. *Jon.* pro τετευγμένοι ἦσαν. v. τεύχω.

v. 805 —

v. 805 — 807.

Quando in castris diu residere statuebant, locum eligebant, ubi altaria Diis erecta, resque divinæ apud eos solenniter factæ; ibidem cœtus publici convocati, quum Imperator aliquid cum militibus communicandum haberet; judiciaque exercita, quibus controversiæ inter milites ortæ dirimebantur, & in criminis reos sententia ferebatur: quæ consuetudo æque antiqua ac bellum Trojanum, cujusque mentio fit apud Homerum *h. l.* POTT. *Tom. II. p.* 59. *sq.* add. FEITH. *L. I. C. IX.* §. *VII.*

v. 810.

Σκάζω, claudico.

Καλὰ — ῥέεν, defluebat.

Νότιος, ου, ὁ, ἡ, humidus, uvidus, a νότις, ιδος, ἡ, humor, humiditas.

v. 811.

(ἐξ) Ὤμων καὶ κεφαλῆς, *Ex* humeris & capite.

v. 812.

Κελαρύζω, *vel* κελαρίζω, cum strepitu fluo, scaturio. a κέλαδος, strepitus, & ῥύω, fluo.

Νόος γε μὲν ἔμπεδος ἦεν, mens tamen firma erat.] Non sunt hæc otiosa, inquit *Eustathius*, aut ad versus tantum complementum addita, sed magni sunt momenti. Cum enim multus sanguinis fluxus animi deliquium conciliet, unde quodammodo quædam ἀλλοφροσύνη ac mentis alienatio consequitur, Poëta vult Eurypylum sana nihilominus & integra mente ostendere, idque ex sequenti ejus oratione constabit. SPOND.

v. 813.

Ὀικτείρω, miseror, commiseror. ab οἶκτος, ου, ὁ, misericordia, commiseratio.

v. 816.

Ὡς ἄρ' ἐμέλλετε — Ἄσειν; Siccine eratis — Satiaturi?

v. 817.

Ἀργέτι δημῷ, alba pinguedine.

v. 819.

Σχήσουσι, sustinebunt.

v. 820.

φθίσονται, conficientur.

v. 821.

Ἀντίον ηὔδα, respondit.

v. 822.

Ἄλκαρ, αρος, τὸ, auxilium, remedium, tutamen, munimentum, præsidium. ab ἀλκὴ, robur.

v. 827.

Σαόω & σαόομαι sunt valde venusta & significantia verba, quæ *vitam hominis servare*, & *sanitatem ac robur per salutaria medicinæ ac chirurgiæ remedia recuperare* designant. Omnes Historici divini, sensu admodum proprio, ad miraculosas Servatoris curationes declarandas eam accommodarunt. Scriptor, quem omnium maxime auctoritate valentem antiqua tulit *Græcia*, eandem in sententiam dicit: ἀλλὰ σὺ μὲν μὲ σάωσον. *Tu vero sana me, & serva vitam meam, commoda vulneribus meis adhibe venena & præsentia* remedia, quæ nobilis amicus ac magister vester, *Achilles a Chirone didicit*, *& salutarem ad vos artem transtulit.*

Ἀλλὰ σὺ μὲν μὲ σάωσον, ἄγων εἰς νῆα μέλαιναν,

— — — —

— — ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε,

Ἐσθλὰ, τά σε προτί φασιν Ἀχιλλῆος δεδιδάχθαι,

Ὃν Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων.

Patroclus consimili ratione amicum suum *Eurypylum* in suum tentorium duxit, &, qua valuit, dexteritate profluvium inhibuit sanguinis, & dolores mitigavit. *infra v.* 845. *sqq.*

— — — ἐπὶ δὲ ῥίζαν βάλε πικρὴν,

Χερσὶ διατρίψας, ὀδυνήφατον, ἥ οἱ ἁπάσας

Ἔσχ' ὀδύνας· τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ' αἷμα.

BLACKW. *Auct. S. Class. &c. p.* 414. *sq.*

v. 828.

Μηροῦ δ' ἔκταμ', Femoreque exscinde.

v. 829.

Νίζ' ὕδατι λιαρῷ, Ablue aqua tepida.

v. 830.

Πρὸς Ἀχιλλῆος δεδιδάχθαι, ab Achille doctum esse.

v. 831.

Δικαιότατος Κενταύρων,] *Eustathe* remarque ici que cette expression, *le plus juste des Centaures*, & mise pour *le seul juste parmi les Centaures*; car les Centaures étoient fort décriez pour leurs violences & leurs injustices. DAC. *De Centauris* vide NAT. COM. *Mythol. L. VII. C. IV.* cet.

v. 832.

Ἰητροὶ — Τὸν μὲν] De elegantissima hac Syntaxi ἀνακολούθῳ vide supra ad *B.* 353. 681. ad Γ. 211. &c. Ineptissime hic *Scholiastes*: Ἰητροὶ, ἀντὶ τοῦ, Ἰατρῶν· Ὀρθὴ, ἀντὶ γενικῆς. CLARK.

v. 834.

Χρηΐζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος, indigentem & ipsum eximii medici.] Car il y en avoit plusieurs dans l'armée. Homere ne parle nommement que de ces deux, Podalire & Machaon, parce qu'ils étoient les premiers, & comme les Rois de cet art. DAC.

Χρηΐζω, egeo, indigeo, desidero, volo. pro χρήζω, *idem*. a χρεία.

v. 835.

Μένει ὀξὺν ἄρηα, sustinet acrem Martem, *seu* acerbam pugnam. *Combat* (*scil.* Podalyre,) *encore à la tête de ses troupes.* BIT.

v. 837.

Πῶς τ' ἄρ' ἔοι τάδε ἔργα; Quomodo esse poterunt (*quo evadent*) hæc opera?

v. 838.

Μῦθον ἐνίσπω, nuncium referam.

v. 840.

Οὐδ' ὧς περ, ne sic quidem.

Μεθήσω, *seq. Genit.* remittam. *seq. Accus.*

v. 841.

Ὑπὸ στέρνοιο λαβὼν ἄγε, in sinu susceptum ferebat.

v. 842.

Ὑπέχευε, substravit. v. ὑποχέω, suffundo.
Βοεία, ας, ἡ, *scil.* δορά, bubula pellis. a βοῦς, bos.

v. 843.

Τάμνε μαχαίρῃ, excidit cultro.

v. 844.

Περιπευκὴς, έος, ὁ, ἡ, peramarus. ex περὶ & πεύκη, ης, ἡ, pinus, picea, larix.

v. 845.

Νίζ' ὕδατι λιαρῷ,] Cur aqua tepida vulnus abluat, recte explicat *Eustathius: Calida enim aqua, quamvis dolores leniat, tamen sanguinem provocat: frigida rigorem conciliat. Optimum ergo medium hac in parte fuit.* SPOND.

Ἐπὶ — βάλε, immisit.


Ῥίζαν] Quænam fuerit hæc radix, certo non constat. Alii vocant Achilleiam, alii verò Aristolochiam, quæ etiam ἴσχαιμος dicitur, *a sistendo sanguine.* Nam & Poëta dicit, non solum sedatos inde dolores, sed & cohibitum fuisse sanguinis fluxum. SPOND. Conf. GOGUET Unters. von dem Urspr. der Ges. Künste und Wissensch. ꝛc. *Tom. II. p.* 232. *sq.*

v. 846.

Διατρίβω *h. l.* contero, attero.

v. 847.

Ἔσχ', sedavit.
Ἐτέρσετο, siccatum est. *v.* 267. *hujus Iliad.*



IN

IN M. ILIADIS.

v. 3.

Ὁμιλαδὸν, *adv.* turmatim, catervatim, facto agmine. ab ὅμιλος, ου, ὁ, cœtus, turba: turma, caterva.

Ἔμελλε — σχήσειν, Erat — prohibitura.

v. 5.

Τὸ ποιήσαντο, quem fecerant.] Hanc muri exſtructionem vidimus *Iliad. H.* de qua cum apud Jovem conquereretur Neptunus, ab eo poteſtatem accepit illum in mare demergendi, quod ab eo factum *mox* videbimus. SPOND.

Νεῶν ὕπερ, ad *defendendas* naves.

v. 6.

Ἤλασαν, Duxerant.

Οὐδὲ Θεοῖσι δόσαν κλειτὰς ἑκατόμβας,] Homere enſeigne ici bien clairement une grande verité, que tout ce que les hommes font ſans avoir imploré le ſecours de Dieu par leurs prieres & par leurs ſacrifices, eſt fait contre ſa volonté, & n'eſt pas durable. DAC.

v. 8.

Ἐντὸς ἔχον ῥύοιτο, Intus continens tueretur.

Θεῶν ἀέκητι — Ἀθανάτων, Diis invitis — Immortalibus.

Τέτυκτο, ſtructus erat.

v. 9.

Τῷ, quocirca.

v. 11.

Ἀπόρθητος, ου, ὁ, ἡ, non vaſtatus, non everſus, inexpugnabilis, incolumis, qui vaſtari & dirui non poteſt. ex α priv. & πορθέω, *idem quod* πέρθω.

Ἔπλε, erat.

v. 12.

Τόφρα δὲ, *Tamdiu utique.*

v. 13.

Κατὰ — θάνον, mortui ſunt, occubuerunt.

Ὅσσοι ἄριστοι, fortiſſimi quique.

v. 14.

Δάμεν, domiti ſunt.

Ἐλίποντο, ſuperſtites (ſunt.)

v. 17.

Μητιόωντο, inierunt consilium. Vid. ad *H.* 45.

Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων] *Oceani* ex altera inundantes æstus, ex altera *Sol*, *cœlumque pluviosum.* CLARK.

v. 22.

Βοάγριον, ου, τὸ, scutum ex boum agrestium pelle. ex βοῦς, & ἀγρὸς, rus, ager. *Est* & Βοάγριος, Boagrius Locrensium amnis. *B. v.* 533.

v. 23.

Ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν, semideorum genus virorum. Ἡμίθεοι, οἱ ἕνα θεὸν ἔχοντες γονέα, ἕνα δὲ ἄνθρωπον. *Schol.*

v. 24.

Τῶν πάντων ὁμόσε στόματ'] Quelle force, quelle magnificence, & quel fracas dans cette peinture! Apollon, qui pousse contre cette muraille tous les fleuves du mont Ida; Neptune, qui la bat avec son trident; c'est-à-dire qui l'ébranle par des tremblemens de terre, & par des débordemens de la mer; & Jupiter, qui verse contre elle un déluge de pluie. Voila l'imagination la plus vaste & la plus noble, & en même temps la plus sage & la plus reglée qu'on puisse jamais voir. Ce Poëte ne fait qu'habiller poëtiquement des veritez très-simples & très-naturelles. DAC.

Ὁμόσε, *adv.* eundem in locum, eodem, simul. ab ὁμοῦ, simul.

Στόμα *hic* ostium *fluvii.*

v. 25.

Ἵει ῥόον, immisit *eorum* cursum.

Ὗε, pluebat. v. ὕω, pluo.

Ὗε δ' ἄρα Ζεὺς] & mox, v. 28. ἐκ δ' ἄρα πάντα. Utrobique vocabuli ἄρα ea est vis, ut dicat, Jovem Neptunumque cum Apolline ex composito vires suas *eodem* omnes convertisse. CLARK.

v. 26.

Συνεχὲς, *adv.* continenter, continuo, sine intermissione. a συνεχὴς, έος, continuus, continens.

Ἁλίπλοος, *contr.* ἁλίπλους, ου, ὁ, ἡ, per mare navigans; mari natans. ex ἅλς, mare, & πλέω, navigo. ἁλίπλοα τείχεα,

τείχεα, muri ſupernatantes mari, demerſi in mari, *vel* mœnia mari ſubmerſa.

Θείη, redderet.

v. 27.

Τρίαινα, ης, ἡ, tridens, inſtrumentum piſcatorium, quo majores piſces figuntur; ideoque *Neptuno* attribuitur *inſigne*, tanquam piſcatorum & maris Præſidi. a τρεῖς, tres.

v. 28.

Ἡγεῖτ', præibat.

Θεμείλιον, *Poët.* pro θεμέλιον, ου, τὸ, fundamentum. a τίθημι, pono: *quia poni primo loco ſolent fundamenta, ut cetera ſuperſtruantur.*

Πέμπε, amovit.

v. 29.

Φιτρὸς, οῦ, ὁ, arboris caudex, truncus, ſtipes.

Λάων, a λᾶας, lapis, ſaxum.

Τὰ θέσαν, quæ jecerant.

v. 30.

Λεῖα, plana. a λεῖος.

v. 32.

Νέεσθαι, ut redirent.

v. 33.

Κὰρ ῥόον, in ſuum quisque alveum. *pro* κατὰ τὸν ῥοῦν.

Ἧπερ, qua.

Ἵεν, demittebant.] Vel ἵεν, quod eſt ἔπεμπον; vel ἴεν, quod eſt ἐπορεύετο. Notante *Euſtathio*.

v. 34.

Ἔμελλον — θησέμεναι, Erant — facturi.

Ὄπισθε *h. l.* in poſterum.

v. 35.

Τίθημι, *aliquando* facio, *ut hic.*

v. 36.

Καναχίζω, ſtrepo, reſono, ſonitum reddo.

Δοῦρα τε πύργων, compages turrium.

v. 37.

Βαλλόμεν', *pro* βαλλόμενα, Percuſſæ. Vid. ad *I.* 570.

Διὸς μάστιγι δαμέντες, Jovis flagello domiti. Μάστιγι δὲ, τῷ κεραυνῷ. *Schol.*

v. 38.

Ἐελμένοι, *dissoluta diphthongo* ει *in* εε. *Alii ab* ἐλαύνω, *seu* ἐλάω, pello, compello, *deducunt: nam ex* ἔλασαι *fit* ἔλσαι. *per Sync. & Prothesi* τῦ ε, ἔελσαι. *hinc* ἔελμαι. *Alii vero ab* εἰλέω, volvo, involvo.

Ἰσχανόωντο, tenebantur. v. ἰσχανάω, ῶ, inhibeo, retineo. ab ἴσχω, habeo.

v. 39.

Κρατερὸν μήστωρα φόβοιο, violentum artificem fugandi hostes.

v. 41.

Ἐν *h. l.* inter.

Θηρευτὴς, ῦ, ὁ, venator. a θηρεύω, feras venor.

v. 42.

Στρέφομαι *h. l.* versor.

v. 43.

Πυργηδὸν, *adv.* catervatim, turmatim. a πύργος, turris. Erat laterculus inversus, qui quadrati oblongi vel turris figuram referebat; acies autem brevior ad hostem protendebatur. Hæc aciei forma ab Homero memoratur *h. l.*

Οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτὰς ἀρτύναντες,

Hi autem quadratis agminibus cum se ipsos instruxerunt. POTT. *Tom. II. p.* 49.

v. 46.

Ἔκτα, occidit.

v. 47.

Ταρφέα, *adv.* frequenter, crebro. a ταρφὴς, έος, ὁ, ἡ, densus, creber, frequens.

Στρέφομαι *hic* me converto.

v. 48.

Ὅππη *idem quod* ὅπῃ, *adv.* ubi. 2.) quo. 3.) qua, qua via. Τῇ, ibi.

Ἰθύω, *h. l.* impetum facio, impetu feror, prorumpo.

v. 49.

Εἰλίσσεθ', *pro* εἰλίσσετο, se motabat, vertebatur: ἐστρέφετο, *Schol.*

v. 51.

Τόλμων, Audebant.

Χρεμετίζω, hinnio.

v. 52.

v. 52.

Χεῖλος, τὸ, labrum; labium. *Metaph. tribuitur rebus inanimatis*, navibus, poculis, vasis, amphoris, & fossis, *ut hîc.*

Ἀπὸ — δειδίσσετο, absterrebat.

v. 53.

Σχεδὸν, *adv. h. l.* in promtu erat.

Περῆσαι Ῥηϊδίη, Transitu *Erat* facilis.

v. 54.

Κρημνὸς, ῦ, ὁ, locus pendens, *seu* scopulus pendens, præceps rupes, præcipitium. a κρεμάω, suspendo.

Ἐπηρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, tectus, coopertus, opacus. *h. l.* declivis. ex ἐπὶ & ἐρέφω, tego.

Ἐπηρεφέες] *Barnesius* ἐπιῤῥιφέες, vel ἐπιῤῥεπέες. CLARK. Male. Est enim hoc epitheton aptum κρημνοῖς. Similiter *Od. K.* 131. ἐπηρεφέας πέτρας dixit, ubi Schol. min. ἤτοι ἄνωθεν ἐπηρεφεῖς, ἢ ἐπικεκλιμένας. neque enim ibi licet intelligere tectas aqua petras, occulta saxa. quo forte respexit Hesych. in h. v. ERN.

v. 56.

Ἠρήρει, munita erat. plusq. perf. Med. *Att.*] pro ἤρει, a præt. Med. ἦρα, v. ἄρω, apto.

Τὺς ἔστασαν, quos defixerant.

v. 57.

Δηΐων ἀνδρῶν, *adversus* hostes.

Ἀλεωρὴ, ῆς, ἡ, suffugium, tutamen; munimentum *vel* propulsio. ab ἀλέω, caveo, vito.

v. 58.

Ἔνθ', Illuc.

Ῥέα, *adv.* facile.

Τιταίνω, *h. l.* traho.

v. 59.

Ἐσβαίη, Intrasset.

Μενοίνεον, animo incitato cupiebant. v. μενοινέω, *idem quod* μενοινάω. *K.* 101.

Εἰ τελέοσι, si perficere possent.

v. 63.

Ἀργαλέη περάαν, difficilis transitu.

v. 65.

Ὄυπως ἐςὶν, nullo modo licet.

v. 66.

Τρώσεσθαι, *eos* sauciatum iri. v. τιτρώσκω, *fut.* τρώσω, *tanquam a* τρώω, *vel* τρῶ, vulnero, saucio, cutem telo pertundo *seu* perfodio.

v. 67.

Ἐι μὲν γὰρ] Refertur istud γὰρ non ad id, quod proxime præcessit, sed ad id, quod elegantius reticetur: *Nec me, quæso, minus fortem animosumve existimes;* NAM *si* &c. Vide supra ad E. 22. CLARK.

Κακὰ φρονέων, animo inimico.

Ἀλαπάζει, *Græcos* perdit.

v. 70.

Νώνυμος, ϐ, ὁ, ἡ, nomen non habens; ignobilis; ignotus, obscurus, inglorius, illaudatus. *Poët.* pro ἀνώνυμος. ex α priv. & ὄνομα.

v. 71.

Παλίωξις δὲ γένηται, Et repulerint *nos.* παλίωξις, pro παλιδίωξις, εως, ἡ, insecutio. ex πάλιν & διώκω, insequor, persequor.

v. 72.

Ἐνιπλήξωμεν, impegerimus. v. ἐνιπλήσσω, *vel* ττω, irruo, incido. *pro* ἐμπλήσσω.

v. 73.

Ὀυδ' ἄγγελον ἀπονέεσθαι, ne nuncium quidem reversurum.] Proverbium est hoc: ϐδ' ἄγγελος ὑπέλειφθαι, quando ingens clades ac internecio significatur; cui simile est illud, quod docet *Eustathius: ne ignifer quidem est reliquus factus:* quod ita est intelligendum. Veteribus mos erat, ut scribit quoque *Erasmus Adag. Chil. I. Centur. V. prov. 26.* ut vates aciem præcederet lauro coronatus, ac facem gestans: a quo utrique pugnantes abstinebant, quod nefas arbitrarentur, in virum sacrum ferrum stringere: proinde si crudelem aliquam stragem significare voluissent, ne ignifero quidem parcitum ajebant. *Thucydides* quoque *Lib. VII.* πανωλεθρίαν proverbialiter usurpavit in eundem sensum. Quo videtur etiam pertinere, quod est apud *Lucianum* in *Vocalium judicio:* μηδὲ πάσσαλον καταλελεῖφθαι,

ne

ne paxillus quidem relictus. Cui ſimile illud apud *Plautum* in *Truculento : auferre cum pulviſculo.* ut annotavit *Gilbertus Cognatus* in ſuis *Adagiorum Centuriis.* Ut ad *Homericum* autem proverbium redeamus, ſolet alioqui nuncius quidam relinqui ad cladem denuntiandam: ut videtur etiam indicare *Euſtathius :* ut Tydeus facit apud *Papinium*, & Achilles apud *Homerum alicubi*, & alia hujusmodi exempla apud Hiſtoricos. SPOND.

v. 74.

Ἐλιχθένʈων ὑπ' Ἀχαιῶν, iterum ad pugnam converſis ab Achivis.

v. 76.

Ἐρυκόνʈων, contineant.

v. 79.

Ὀλέθρȣ πείρατ' ἐφῆπʈαι, exitii fines impendent.

v. 80.

Ἅδε, placebat. v. ἅδω.

Μῦθος ἀπήμων, conſilium tutum, *vel* ſalutare.

Ἀπήμων, Vid. ad *A.* 415.

v. 82.

Ἀγερέθω, *Poët.* pro ἀγείρω, congrego, colligo. ἠγερέθονʈο, convenerunt. *Al.* ἠερέθονʈο, ſublimes permanſerunt.

v. 83.

Ἀποβάνʈες ὄρȣσαν, deſilierunt cum impetu.

v. 85.

Καʈὰ κόσμον, ex ordine.

Ἐρυκέμεν, ut coërcerent.

v. 86.

Διαςάνʈες, in ordines digeſti.

v. 87.

Πένʈαχα κοσμηθένʈες, in quinque agmina diſtributi.

Πένʈαχα, *vel* πενʈαχῆ, *adv.* quinquefariam, quinque modis. a πένʈε.

v. 88.

Ἅμα, cum.

Ἴσαν, iverunt.

v. 102.

Πρὸς — ἕλεʈο, aſſumſit.

v. 103.

Ἔισαντο, visi sunt.

Διακριδὸν, *adv.* discrete, distincte, diligenter. 2) *h. l.* eximie, præcipue, præter ceteros. a διακρίνω, discerno.

v. 104.

Μετά γ' αὐτὸν, post se ipsum scilicet.

Ὁ δ' ἔπρεπε καὶ διὰ πάντων, ipse vero antecellebat etiam omnes.

v. 105.

Ἄραρον, se firme conjunxerant *vel* aptarant. aor. 2. *per reduplicat.* pro ἄρον, quod deposito augmento est, ἦρον. ab ἄρω, *apto*, *accommodo.* Vel, ut alii, ἀράρω est præsens *Poëticum*, formatum ab ἄραρα, præt. Med. unde in imperf. ἤραρον, pro quo ἄραρον.

Τυκτῇσι βόεσσι, affabre factis boum tergoribus.

v. 106.

Ἰθὺς Δαναῶν, recta in Danaos.

Ἔφαντο, putabant.

v. 107.

Σχήσεσθ', sustenturos. v. ἔχω, *pro* ἀνέχω, sustineo.

Πεσέεσθαι, casuros.

v. 109.

Ἀμώμητος, ου, ὁ, ἡ, inculpabilis, irreprehensibilis, inculpatus. ex α priv. & μωμέομαι, culpo, increpo.

v. 112.

Πέλασεν, *seq. Dat.* accedebat ad —

v. 113.

Κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξας, malo fato evitato.

v. 116.

Μοῖρα δυσώνυμος, fatum infaustum.

Δυσώνυμος, ου, ὁ, ἡ, cui malum & infaustum est nomen. & *generaliter*, infaustus, tristis, infelix. *ut hic.* ex δὺς & ὄνομα.

v. 117.

Ἔγχεϊ, ex *vel* ab hasta.

Δευκαλίδαο.] Δευκαλίωνος παιδός. *Schol.*

v. 118.

Ἔισατο — ἐπ' ἀριστερὰ, irruit — ad sinistram partem.

Τῇ περ, qua.

v. 119.

Νίσσομαι, redeo, revertor. a νέω, *idem.*

v. 120.

Τῇ ῥ' ἵππυς, & v. 124. Τῇ ῥ' ἰθὺς] *Hac utique.* Non enim vacat istud ῥα, sed sententiam cum præcedente τῇ περ connectit. CLARK.

v. 121.

Ἐπικεκλιμένας σανίδας, occlusas januas.

Μακρὸν ὀχῆα, longum vectem *oppessulatum.*

v. 122.

Ἀναπεπταμένος, apertus. v. ἀναπετάζω, expando; explico: aperio.

v. 123.

Σαώσειαν, salvum reciperent.

v. 131.

Τὼ μὲν ἄρα] Vocabuli ἄρα ea fere hic vis est, ac si Latine scribas: *Hi quidem, ut dictum est &c.* CLARK.

v. 132.

Ὡς ὅτε τε δρύες] Stabilitatem & constantiam duorum illorum Heroum quercubus comparat, quæ cum radices habeant altissimas, facile ventorum & pluviarum impetus patiuntur: sic etiam illi nimirum Trojanos irruentes sustinent; unde & violenta Trojanorum incursio, & firmitas Græcorum Heroum satis magna potest intelligi. SPOND.

Δρύες ὔρεσιν ὑψικάρηνοι, quercus in montibus proceræ.

Ὑψικάρηνος, υ, ὁ, ἡ, altum caput habens. 2.) altum cacumen habens. ex ὕψι & κάρηνον.

v. 133.

Μίμνυσι, sustinent.

Ὑετὸς, ῦ, ὁ, pluvia. ab ὕω, pluo.

v. 134.

Διηνεκέεσσ', late porrectis. Vid. ad *H.* 321.

Ἀραρῦιαι, hærentes.

v. 137.

Βόας αὔας, tergora boum arida: βύρσας ξηρὰς, τῦτ' ἐστὶ ἀσπίδας. *Schol.*

Αὖος, αὔα, αὖον, siccus, aridus. ab αὔω, sicco.

v. 139.

v. 139.

Ἄσιον ἀμφὶ ἄνακτα,] Male vertitur h. l. *Asium circa regem &c.* gignit enim ambiguitatem. Immo: *Asius rex, & Jamenus & Orestes &c.* ERN.

v. 141.

Οἱ δ', Atque hi. (*Polypoetes & Leonteus.*)

Εἵως, adhuc.] ἕως, πρὶν ἐλθεῖν τοὺς βαρβάρους. *Schol.*

v. 142.

Ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν, pugnare pro navibus, defendere naves.

v. 145.

Ἐκ δὲ τὼ ἀΐξαντε, Tum tandem hi duo erumpentes.

Μαχέσθην, pugnabant.

v. 146.

Ἀγροτέροισι σύεσσιν ἐοικότε, Agrestibus apris similes.] Hos Heroas antea propter firmitatem, qua irruentes Trojanos excipiebant, solidis & immotis a tempestate quercubus comparabat; sed ex illa sola similitudine otiosa & stupida quasi firmitas tantum poterat intelligi. Proinde nunc aliam usurpat, ut ostendat, quanta cum alacritate venientes hostes repulerint: neque enim sufficere videbatur, immotos illos stare, ut loco moveri non possent, nisi vim hostium & irruptionem retunderent. SPOND.

v. 147.

Δέχαται, excipiunt. *pro* δεδέχαται, hoc autem *pro* δεδεγμένοι εἰσί. a δέχομαι.

Κολοσυρτὸς, οῦ, ὁ, strepitus sarmentorum, quum per terram trahuntur. 2.) turba, tumultus. ex κόλον, mutilum; & σύρω, traho.

v. 148.

Δοχμώ τ' ἀΐσσοντε, Obliquoque impetu ruentes.

Δοχμὸς, ή, όν, obliquus, tortus.

Ἄγνυτον, frangunt. v. ἀγνύω, *vel* υμι, frango.

v. 149.

Πρυμνὴν, ad radices usque. a πρυμνὸς, ή, όν, extremus, ultimus.

Κόμπος, ου, ὁ, crepitus apri acuentis dentes. 2.) strepitus, crepitus quivis.

v. 150.

v. 150.

Ἐκ θυμὸν ἕλῃσι, vitam *eis* eripuerit.

v. 151.

Κομπέω, ῶ, crepo, ſtrepo, crepito, reſono, edo ſtrepitum, qualem aper acuens *ſeu* collidens dentes. a κόμπος, ὁ.

v. 152.

Ἄντην βαλλομένων, Hinc illinc percuſſorum.

v. 153.

Λαοῖσιν καθύπερθε πεποιθότες, Copiis ſuperne freti: τοῖς ἀπὸ τοῦ τείχους ὄχλοις θαῤῥοῦντες. *Schol.*

Βίηφιν, *propriis* viribus.

v. 154.

Ex muris præcipue Veteres ſaxa dejicere ſoliti in invadentem hoſtem: quemadmodum Danai *h. l.*

— — χερμαδίοισιν ἐϋδμήτων ἀπὸ πύργων

Βάλλον, ἀμυνόμενοι —

— — *ſaxis miſſilibus bene ædificatis a turribus*

Jaculabantur, propugnantes —

FEITH. *L. IV. C. IX. §. V.*

v. 156.

Ἔραζε, *adv.* in *vel* ad terram. ab ἔρα, ας, ἡ, terra.

v. 157.

Ζαής, έος, ὁ, ἡ, vehementer flans, valde ſpirans. ex ζα, *in compoſ.* valde; & ἄω, flo, ſpiro.

Δονέω, ῶ, agito.

v. 158.

Ταρφειός, ά, όν, denſus, creber, frequens. a τάρφος, εος, τὸ, denſitas.

Κατέχευεν, e ſublimi effundit.

v. 160.

Ἀμφ' αὖον ἀΰτευν, circum raucum ſonabant.

Ἦχος, *ſonus*, deeſt in quibusdam adjectivis ex notione verbi adjecti ſupplendis. Sic Hom. *h. l.* αὖον ἀΰτευν, *ſuppl.* ἦχον. *Iliad.* Γ. *v.* 81. μακρὸν ἄϋσεν, *ſuppl.* κατὰ μακρὸν ἦχον. BOS *Ell. Gr. p.* 138. (Edit. 1763.) Conf. *N.* 441.

Ἀΰτευν, *pro* ἀΰτουν. *v.* ἀϋτέω, ſono.

v. 161.

Μύλαξ, ακος, ὁ, lapis molaris. 2.) lapis rotundus. a μύλη, ης, mola.

v. 162.

Populos Orientales in luctu ac mœrore femora percutere solitos fuisse, ex sequentibus Veteris Testamenti locis apparet: *Postquam redii, pænitet me; postquam me ipsum recognovi, plango femur. Jerem.* 31 : 19. *Terrores a gladio imminent meo populo, itaque plango femur. Ezech.* 21 : 12. Heroes apud *Homerum* inter alia tristitiæ signa etiam hoc edidisse leguntur.

Δή ῥα τότ' ᾤμωξέν τε καὶ ὢ πεπλήγετο μηρὼ
Ἄσιος Ὑρτακίδης. —

Tum vero ingemuitque, & sua percussit femora
Asius Hyrtacides. —

Sic apud *Xenophontem* fortis Cyrus femur suum percussit, postquam mortem dilectissimi sui amici, Abradatæ, audivit. *Cyrop. Lib. VII Cap.* 15. Verba hæc sunt: Ταῦτα ἀκούσας ὁ Κῦρος, ἐπαίσατο ἄρα τὸν μηρόν. (*Cap. III* §. 2. Edit. Lipf. 1763.) Apud Romanos quoque Scriptores hujus moris vestigia offendimus. Ita *Cic. Lib. III. Tusc. Quæst.* suspirantibus tribuit femorum & capitis percussiones. *Seneca de ira, Cap. XVI.* §. 20. signa indignationis carpit: *Quid opus est, mensam evertere? quid, pocula affligere? quid, se in columnas impingere? quid, capillos evellere? femur pectusque percutere? Quantam iram putas, quæ, quia non tam cito in alium, quam vult, erumpit, in se revertitur?* BLACKW. *de præstant. Class. Auct. Comment. Cap. VIII.* add. FEITH. *L. III. C. XV.* §. *VI.*

v. 163.

Ἀλαστέω, ῶ, indignor: *propr.* ob mala τὰ ἄλαστα; mœrore afficior, crucior. ab ἄλαστος, ου, ὁ, ἡ, *Dor.* pro ἄληστος, cujus erit memoria perpetua. ex α pr. & λανθάνω. *item*, qui mala, quorum oblivisci non possumus, intulit.

v. 164.

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά νυ καὶ σὺ] Asius parle ainsi à cause des signes favorables que Jupiter avoit envoiez aux Troyens pour leur promettre la victoire. Comme c'est un homme vain, & plein d'amour propre, il juge que les promesses de ce Dieu sont vaines, parce qu'il est repoussé. Il ne sent pas que c'est Hector que Jupiter veut favoriser, & non pas lui. DAC. Conf. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 186. *sqq.*

Φιλοξευ-

Φιλοψευδής, έος, ὁ, ἡ, mendaciorum amans, libenter mentiens, fingens mendacia: fallax. ex φίλος, & ψεῦδος.

Ἐτέτυξο, factus es.

v. 165.

Ἐφάμην, putabam.

v. 167.

Σφὴξ, σφηκὸς, ὁ, vespa, crabro.

Μέσον αἰόλοι, in medio maculosæ.] Εὐκίνητοι, ὡς καὶ ἀλλαχῦ φησι, Πόδας αἰόλον ἵππον. *Schol.* Τὸ μέσον συνεχῶς κινύμενοι καὶ εἰλύμενοι. *Porphyr. Quæst. Homeric.* 3. CLARK.

v. 168.

Οἰκίαι & τὰ οἰκία *dicuntur aliquando* nidi, avium domicilia, *ut hic.*

Ποιήσονται, faciunt.

Παιπαλόεις, όεσσα, όεν, præruptus, salebrosus, asper. a παίπαλα, ων, τὰ, loca prærupta, salebrosa. *Vel* pulverulentus. a παιπάλη, ης, pulvis, cinis, farina tenuissima.

v. 171.

Καὶ δύ' ἐόντε, *tantum* duo licet existentes.

v. 172.

Πρίν γ' ἠὲ κατακτάμεν', ἠὲ ἁλῶναι, antequam vel interficiantur, vel capiantur.

v. 174.

Οἱ θυμὸς, ejus animus.

v. 175.

Μάχην ἐμάχοντο, pugnam pugnabant.

v. 176.

Ἀργαλέον δέ με ταῦτα,] Cum aliâs Poëta in gravi & ardua quadam narratione Musas soleat invocare, nunc contrà difficultatem in iis commemorandis, quæ in hac pugna gesta sunt, tantam testatur, ut ad eam non mortalem Numine afflatum, sed Numen ipsum requiri significet: proinde a se hoc onus amovet, quia Deo soli id facile futurum sit, sibi vero ad illud sustinendum vires denegatas. Et hac ratione lectori cogitandum reliquit, quanta & quam varia fuerint ista facinora, ut quæ mortalium oratione majora ab illo censeantur. Sic plerumque tali silentio, quod tamen in rei difficultatem præfatur, solet magis negotii gravitas augeri, quam si totum

totum eloquentiæ Oceanum in eam explicandam effuderis. *Porro* vide, quæ *infra* ad illas voces: Σὺν δ' ἔβαλον, annotabimus. SPOND.

v. 177.

Θεσπιδαὴς, έος, ὁ, ἡ, divinitus ardens: immane ardens. a θέσπις, vaticinus; & δαίω, uro. — Est autem θεσπιδαὲς πῦρ hoc in loco τὸ θερμὸν τῆς μάχης. Quod præferre videtur *Eustathius*, ut *ignis* revera intelligatur, minus hic aptum est. CLARK.

v. 179.

Νηῶν ἠμύνοντο, Pro navibus pugnabant.

'Ακαχείατο, tristes erant, tristati erant. *Poët.* pro ἀκαχίατο, quod *Ion.* ponitur pro ἀκάχηντο. ab ἀκάχημαι.

v. 180.

Μάχης ἐπιτάῤῥοθοι ἦσαν, in prælio favebant. ἐπιτάῤῥοθος vid. ad *E.* 808.

v. 181.

Σὺν δ' ἔβαλον Λαπίθαι, Commiserunt autem Lapithæ.] Atqui dicebas, Homere! non posse te facile hæc omnia, ac si Deus esses, recensere, & tamen conflictus istos describis. Notandum est autem lectori, qui hoc posset objicere, testatum esse illam difficultatem Homerum, non quasi penitus eam nollet attingere; sed ut eo magis attentum lectorem haberet, qui intelligat, quod sit jam suscepturus scribendi argumentum; quandoquidem ea solemus libentius audire, quæ minus facile possent recenseri, quia arduum & operosum quippiam, & proinde dignum etiam auditu, præ se ferunt, quam quæ studium ac diligentiam scriptoris vel narratoris minime desiderant. Hic *porro* notandum est, quanto studio gentis suæ Poëta teneatur, ut cui primum hanc particulam victoriæ assignet, licet intelligat, Trojanis melius hodierno die res cessuras, quam Græcis, quorum tamen invictam fortitudinem his initiis testatur cum magna Asii & ejus sociorum ignominia. SPOND.

v. 183.

Χαλκοπάρῃος, æreis malis munitus, æreas malas habens.

v. 184.

Ἔσχεθεν, prohibuit.

v. 189.

Τυγχάνω, *aliquando* consequor, assequor, contingo. *propr.* de jaculantibus, qui propositam metam telis ad eam directis attingunt, *ut h. l. & sæpe ante; & generaliter etiam* assequor, nanciscor, obtineo.

v. 192.

Αὐτοσχεδίην, *h. l. adverbial.* cominus. ab αὐτοσχέδιος, ου, ὁ, ἡ, qui prope est: ex tempore factus, tumultuarius. αὐτοσχεδία μάχη, pugna, quæ cominus fit. ex αὐτὸς & σχεδὸν, prope.

v. 200.

Περησέμεναι μεμαῶσιν, transire cupientibus.

v. 201.

Ὑψιπέτης, ου, ὁ, altivolans, altivolus, alte volans. ex ὕψι, *adv.* alte; & πέτομαι, volo, as.

Principem in mediatæ divinationis genere locum obtinuerunt *auspicia ac auguria*; unde οἰωνιστική, *auguralis*, tota hæc pars *Platoni* appellata. Ea sumebantur

Φωνῇ καὶ πτερύγεσσι τελνέντων οἰωνῶν·

(*ex*) *Voce ac alis perfectarum alitum.*

ait *Homerus* in *Hymno in Mercur. v.* 541. quod *Virg. Æneid. III.* 361.

Et volucrum linguas & præpetis omina pennæ.

Qua in re *dextræ partes faustæ* a *Græcis* habitæ; unde toties *Homero* laudatus δεξιὸς ὄρνις, *dextra avis*, quem advolantem feliciter interpretantur Achivi. *Iliad. XIII.* 821. *sqq.* Telemacho Helena. *Odyss. XV.* 171. *sqq. coll. v.* 160. Contra Hectori male *h. l.* ominatur Polydamas, quod advenisset

Αἐτὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,

Aquila altivolans ad sinistram copias revocans.

Est autem *dextra* pars quæ *ortum spectat* habita, *sinistra* quæ *occasum*; ut *v.* 239. *sq.* exponit Hector. FEITH. *L. I. C. XVI.* §. *III.*

v. 202.

Φοινήεις, ήεσσα, ῆεν, puniceus, purpureus: cruentatus. a Φοῖνιξ, ικος, ὁ, palma, *arbor.*

v. 203.

Λήθετο χάρμης, *is* oblitus erat pugnæ.

v. 205.

Ἰδνωθεὶς ὀπίσω, Contortus retro. ἰδνώθη, *B. v.* 266. v. ἰδνόω, ῶ, incurvo, inflecto, intorqueo, contorqueo.

v. 211.

Πως, fere.

Ἐπιπλήσσω τινὶ, increpo, objurgo *quem* verbis malis, *quasi* verberibus linguæ. ex ἐπὶ & πλήσσω, percutio.

Ἀγορῇσιν, in concionibus.

v. 212.

Ἐσθλὰ φραζομένω, *Quanquam* recte monentem.

Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν, pro οὐδὲ γὰρ οὐδέ. quarum vocum τὸ Μὲν pene otiosum est, τὸ δὲ Ἐπεὶ loco γὰρ positum est; ac si οὐδὲ μὲν γὰρ diceretur. DEVAR. *de Gr. Ling. Part. p.* 287. *sq.*

v. 213.

Δῆμον] νῦν, τὸν δημότην. *Schol.* Δῆμον ἐόντα, Civis qui sit.

Παρὲξ ἀγορευέμεν,] ἔξω τοῦ δέοντος δημηγορεῖν· παρὰ τὸ πρέπον. *Schol.* præter *rectum* dicere.

v. 214.

Ἀέξειν, augere.

v. 216.

Μὴ ἴομεν, Ne eamus.

v. 221.

Πάρος φίλα οἰκί' ἱκέσθαι, antequam ad caros nidos pervenisset.

v. 222.

Δόμεναι τεκέεσσιν ἑοῖσιν, ut daret pullis suis.

v. 224.

Εἴξωσι, cesserint.

v. 225.

Οὐ κόσμω παρὰ ναῦφιν] Voici comme Polydamas explique le prodige. L'aigle repréſente les Troyens, qui pourſuivent les Grecs; ceux-ci ſont déſignez par le ſerpent qui eſt bleſſé, & qui a déja perdu plus de la moitié de ſes forces. Mais comme ce ſerpent, tout affoibli qu'il eſt, ne laiſſe pas de combattre encore, de bleſſer ſon ennemi victorieux, & de l'obliger à le lâcher; de même les Grecs vaincus, combattront de nouveau, paſſeront au fil de l'épée beaucoup de Troyens,

Troyens, & obligeront les autres à lâcher leur proie, & à s'enfuir comme l'aigle. DAC.

Ὀυ κόσμῳ, non faufte.] ὀυ κατὰ τὸ δέον. Ὀυ σὺν ἐπαίνῳ, δόξης ἄτερ, ἤ, μετὰ βλάβης. *Schol.*

Παρὰ ναῦφιν, a navibus.

Ἐλευσόμεθ' αὐτὰ κέλευθα, revertemur per easdem vias.

v. 227.

Δηώσωσιν, interfecerint : interficient.

v. 228.

Ὑποκρίνομαι *h. l.* interpretor, explico, judicium fero.

Θεοπρόπος, ου, ὁ, vates divinus, qui oraculum confulit : *h. l.* augur.

v. 229.

Εἰδείη τεράων, peritus fit prodigiorum.

Πειθοίατο, paruerint.

v. 232.

Νοῆσαι, excogitare.

v. 233.

Ἀπὸ σπουδῆς, ferio.

v. 234.

Ἐξ — ὤλεσαν, ademerunt. Τοι, tibi.

v. 237.

Τανυπτέρυξ, υγος, ὁ, ἡ, cui alæ extenfæ funt, extenfis & patulis alis volans, alas expandens. ex τανύω & πτέρυξ, υγος, ἡ, ala, pinna.

v. 239.

Εἴτ' ἐπὶ δέξια &c.] Notabilis locus ad intelligendum, quid fit apud Græcos in re augurali ad finiftram & ad dextram; nempe id intelligendum de plagis mundi orientali & occidentali. Apud Romanos fecus erat, dextra ad occafum, finiftra ad ortum; unde fit, ut Romanis nomine tenus infaufta fint, quæ Græcis faufta; & contra. Caufa diverfitatis in appellando eft diverfus fitus aufpicantium, Romanis in aufpicando meridiem, Græcis feptentrionem fpectantibus, ut docet *Plinius Hift. Nat. XI.* ERN. Conf. etiam POTT. *Tom. I. p.* 346. FEITH *L. I. C. XVI.* §. *III.* LAKEM. *P. III. C. IX.* §. *II.* Ceterum *divinationis genera* apud gentes fuperftitiofas tam multa, tamque varia erant conftituta, ut ultra centum enume-

rare potuerit J. ALB. FABRICIUS in *Bibliogr. antiquar.* *Cap. XII.* quo loco & ſcriptores ſimul laudat, ſingulis de generibus commentatos.

v. 240.

Τοίγε, iſti.

Ποτὶ ζόφον ἠερόεντα, ad occaſum obſcurum.

Ζόφος, ου, ὁ, caligo, tenebræ. 2.) *h. l.* occaſus, pars occidentalis.

v. 241 — 243.

Ἡμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ,
Ὃς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.
Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Obeïſſons nous autres, dit Hector, *au conſeil du grand Jupiter, qui regne ſur les mortels & les immortels. Le meilleur de tous les augures, c'eſt de mourir pour la patrie.*] La réſolution de mourir pour la défenſe de ſa patrie, ne peut venir que du Deſtin des ames bien nées: il le faut ſuivre. Il regne ſur les mortels & ſur les immortels, lors qu'il regle le ſort des hommes, & de toutes leurs bonnes qualitez, qui de ſoi ſont immortelles. Car la ſageſſe, par exemple, peut-elle mourir? Et la juſtice ne ſera-t' elle pas éternellement juſtice? *Apologie d'Homere.*

v. 244.

Δείδοικας, times.

v. 245.

Περικτεινώμεθα, circum — occidamur.

v. 247.

Τοι κραδίη μενεδήϊος, tibi *eſt* cor impetus hoſtium manens.

Μενεδήϊος, ου, ὁ, ἡ, audax, bellicoſus, belli patiens. ex μένος & δήϊος, ὁ, *quod a* δαίω, vaſto, incendo. *Vel quaſi* μένων ἐν τῇ δηΐδι, in pugna perſeverans.

Μαχήμων, ονος, ὁ, ἡ, pugnax. a μάχομαι.

v. 248.

Δηϊοτῆτος ἀφέξεαι, a pugna abſtinebis.

v. 249.

Παρφάμενος, *pro* παραφάμενος. v. παράφημι, ſuadeo, conſilium do, hortor.

Ἀποτρέψεις πολέμοιο, avertes a prælio.

v. 252.

Ἠχῇ θεσπεσίῃ, Clamore immenso.

Ἐπὶ *hic* insuper.

v. 254.

Ἰθὺς νηῶν κονίην φέρεν, recta naves versus pulverem ferebat.] Pulvis nimirum turbine collectus, *Achivis* recta in oculos ferebatur. CLARK.

v. 255.

Θέλγε νόον,] Notabile est, θέλγειν dici in partem deteriorem, pro *frangere animum*. Similiter Latinis *delenire* dicitur, & *delenimenta* de rebus vim animi & corporis frangentibus. ERN.

v. 258.

Κρόσσαι, αἱ, scalæ. 2.) scalæ scalis impositæ. 3.) *h. l.* pinnæ turrium. *v.* 444. *hujus Libri*, pinnæ murorum. a κροσσὸς, ὃ, ὁ, fimbria, limbus.

Ἔρυον, convellebant.

Ἐρείπω, everto, disturbo, demolior.

Ἔπαλξις, εως, ἡ, propugnaculum muri. ex ἐπὶ & ἄλξις, defensio.

v. 259.

Μοχλέω, *vel* μοχλεύω, vectibus moveo, *vel* promoveo vectibus, labefacto, *vel* avello. a μοχλὸς, ὃ, ὁ, vectis, quo aliquid movetur.

v. 260.

Ἔμμεναι, ut essent.

Ἔχμα, ατος, τὸ, retinaculum; *vel potius* junctura, id quo res duæ cohærent, stabilimen, stabilimentum.

v. 262.

Οὐδέ νύ πω, Nondum tamen.

v. 263.

Ῥινοῖσι βοῶν, scutis bubulis *vel* bovinis.

Φράσσω, *vel* ττω, sepio, munio, præmunio.

Ῥινοῖσι βοῶν φράξαντες ἐπάλξεις,] Scil. ut jactibus missilium minus quaterentur muri, prætendebantur coria bubula, quæ frangerent vim ictuum. Lipſ. Poliorc. V. 9. (*Oper. Tom. III. p.* 640 *ſqq.* Edit. Vesal. 1675.) ERN.

v. 265.

Κελευτιόωντ', hortantes. v. κελευτιάω, ῶ, *idem quod κελεύω*, jubeo, hortor.

v. 266.

Φοιτήτην, itabant.

v. 267.

Μειλιχίοις, blandis.) (στερεοῖς ἐπέεσσι, duris verbis.

v. 268.

Μάχης μεθιέντα, pugnam remittentem.

v. 269.

Μεσήεις, ήεσσα, ῆεν, mediocris. a μέσος.

v. 270.

— — ἐπεὶ ὔπω πάντες ὁμοῖοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ.

Car à la guerre tous les hommes ne sont pas égaux.] C'est une vérité constante, & cependant Homere va tirer de cette inégalité une raison très-solide & très-forte pour ranimer les plus lâches en cette occasion. DAC.

v. 271.

Νῦν ἔπλετο ἔργον ἅπασι, nunc est opus omnibus : *voici un grand jour où vous pouvez tous rendre de grands services.* EAD.

v. 273.

Τετράφθω, Vertatur. præt. imper. Paff. v. τρέπω, verto.

Ὁμοκλητῆρος ἀκύων, *Hectori* minitanti auscultans.

Ὁμοκλητὴρ, ῆρος, ὁ, adhortator, increpator, objurgator, qui magno cum clamore minatur. ab ὁμοκλάω, *vel* έω, hortor vociferando, minaciter clamo, increpito.

v. 274.

Πρόσσω ἵεσθε, ulterius procedite.

v. 276.

Νεῖκος ἀπωσάμενοι, Pugnam cum repulerimus.

Δίεσθαι, persequi.

v. 277.

Προβοῶντε, ante alios clamantes.

v. 278.

Τῶν δ', ὥστε νιφάδες] Ex hoc loco facile observare licet, quam sit fœcundum Homericum ingenium, & locuples Poëfis. Siquidem hanc eandem comparationem antea

antea in simili negotio usurpavit, sed ibi longe angustius, hic vero fusius. Tota autem vis comparationis in eo solo vocabulo θαμειαὶ consistit: cetera sunt tantum ornamenta; nam huic grumorum nivalium crebritati multitudo lapidum utrinque jactatorum comparatur. SPOND.

Νιφάδες χιόνος, flocculi nivis. νιφὰς, Γ. 222.

v. 279.

Ὤρετο, orsus est.

v. 280.

Homero Ζεὺς *h. l.* dicitur νιφέμεν ἀνθρώποισι, *ningere hominibus*. Vid. *Doctiss.* J. HERM. SCHACHT *Observ. Philol.* ad Matth. V. 45. in *Nova Biblioth. Brem. Class.* Ia. *p.* 245. *sq.*

Πιφαύσκω, & ομαι, ostendo, ostento.

Τὰ ἃ κῆλα] τὰ αὐτῦ σημεῖα καὶ βέλη, ἃ ἐπιπέμπει κατὰ χόλον· βέλος δὲ νῦν εἴρηκε, τὸν χειμῶνα. *Schol.*

v. 281.

Κοιμήσας δ' ἀνέμυς, sopitis vero ventis.

Ἔμπεδον *h. l.* constanter, perpetuo.

v. 283.

Λωτεῦντα πεδία, campi loto abundantes, herbosi, florentes. *pro* λωτῦντα, *quod Veteres contractum ex* λωτόεντα *volunt. a* λωτόεις, όεσσα, όεν, loti ferax, herbosus. *Alii ex* λωτέοντα, *quasi a verbo* λωτέω, *quod esset*, lotum & herbas profero.

Ἀνδρῶν πίονα ἔργα, hominum pinguia culta. Νῦν, γεώργια. *Schol.*

v. 284.

Ἐπὶ *h. l.* super.

Κέχυται, funduntur.

Ἀκτὴ, ῆς, *h. l.* littus.

v. 285.

Προσπλάζω, *pro* προσπελάζω, appropinquo, accedo, advento. ex πρὸς & πλάζω, *per Sync.* pro πελάζω.

Ἐρύκεται, prohibet.

v. 286.

Εἰλύαται, operiuntur. 3. plur. perf. ind. Pass. *Jon.* pro εἰλυμένοι εἰσὶ, v. εἰλύω, verso, volvo: involvo, occulto.

Ἐπιβρίθω, ingruo, ingravesco, magno cum pondere irruo. ex ἐπὶ & βρίθω, gravis sum, ingravesco.

v. 287.

Πωτάομαι, pro ποτάομαι, volo, as, volito. & *Metaph.* de rebus, quæ rapido cursu feruntur, tam inanimatis, quam animatis dicitur. a πέτομαι, *idem.*

v. 290.

Οὐδ' ἄν πω, Haudquaquam tamen.

v. 291.

Ἐρρήξαντο, perrupissent.

Μακρὸν ὀχῆα, longum vectem.

v. 293.

Ὦρσεν ἐπ' — Excitasset in —

Λέονθ' ὡς βουσὶν ἕλιξιν, leonem veluti in boves cornibus camuros.

Ἕλιξ, vel εἵλιξ, ικος, ἡ, circumvolutio, volumen. *Capitur etiam* Adject. *pro* intorto & implicito. ἕλικες βόες *dicuntur apud Poëtas vel* nigri, *vel* flexiles, *vel* a retortis cornibus, *vel* a crurum flexu, *vel quod in* ἕλει τεθρέμμέναι, quod in paludibus & pascuis nutriantur, *ut Grammatici annotant.*

v. 294.

Πρόσθ' ἔχετο, ante *se* ferebat.

v. 295.

Ἐξήλατος, ου, ὁ, ἡ, lamina ductili tectus; extensus, extrinsecus obductus. ab ἐξελαύνω, expello, abigo.

Χαλκεὺς, έως, ὁ, faber ferrarius *vel* ærarius. a χαλκὸς, æs.

v. 296.

Ἐλαύνω *h. l.* duco, ductile opus facio, ductili artificio facio.

Ῥάπτω, suo, consuo.

v. 297.

Ῥάβδος, ου, ἡ, virga. In clypeis *est*, suturæ in ambitu scuti, virgis similes, *ut hîc.*

v. 298.

Τὴν ἄρ' ὅγε] *Hoc utique ille.* Sic *v.* 307. Ὥς ἐκ τότ'. CLARK.

Τινάσσω, quatio, concutio, vibro.

v. 299.

v. 299.

Ὥστε λέων] Hic rurſus fœcunditas Homerica apparet, quod hanc leonis comparationem amplificat, quam antea paucis complectebatur: ὦρσεν ἐπ' Ἀργείοισι, λέονθ' ὣς βουσὶν ἕλιξιν. niſi quod ibi boves, hic vero oves ſunt leonis ſubjectum. SPOND.

Ὀρεσίτροφος, ου, ὁ, ἡ, in montibus nutritus. ex ὄρος & τρέφω.

Ἐπιδευὴς δηρὸν ἔῃ κρειῶν, Indigus Diu ſit *vel* fuerit carnium.] Similes comparationes alibi habet Poëta de leone, in quibus docet, eum impaſtum eſſe crudeliſſimum. SPOND.

v. 301.

Μήλων πειρήσοντα, Oves tentaturum.

Πυκινὸς *h. l.* bene munitus.

Δόμος *h. l.* caula.

v. 302.

Βώτωρ, ορος, ὁ, paſtor. a βόσκω, paſco.

v. 304.

Ἀπείρητος, ου, ὁ, ἡ, inexpertus. 2.) intentatus, cujus periculum non eſt factum. *h. l.* re non tentata. ex α priv. & πειράω, tento.

Σταθμοῖο δίεσθαι, a ſtabulo pelli.

v. 310.

Τίη δὴ] *Curnam, obſecro, &c.*

Τετιμήμεσθα, honoramur, honoribus affecti ſumus.

v. 312.

Πάντες δὲ, θεοὺς ὥς,] *Quaſi dicat:* Turpe eſt, nos quaſi in Deorum numero collocari, nunc viros fortes eſſe nolle. Sunt *porro* Reges non ſolum ἀγχίθεοι, διογενεῖς, καὶ Διὶ φίλοι, ſed & Θεοί; quod Reges ſubinde commonefacere debet, ut ſe dignos appellatione tanta præſtent. Præſtabunt autem, ſi pietatem, ſi juſtitiam re ipſa, non ſolum anagrammate exercuerint. SPOND.

v. 313.

Τέμενος νεμόμεσθα, agri portionem poſſidemus.

v. 314.

Πυροφόρος, ου, ὁ, ἡ, triticum ferens, tritici ferax. ex πυρὸς, οῦ, ὁ, triticum, frumentum: & φέρω.

v. 313. 314.

Solebant Veteres certas agrorum portiones Diis assignare ; ea τεμένη dicta sunt. Homeri interpres *Iliad. B. 696.* Τέμενος· ἱερὸν χωρίον, ἀφωρισμένον Θεῷ κατὰ τιμὴν ἢ ἥρωϊ. Hujus generis loca sæpe occurrunt, tum apud *Homerum*, tum apud *Pausaniam in Descriptione Græciæ*, aliosque Auctores. Aliquando fructus inde colligi sacrosque in usus asservari solebant, ut notat *Plato Lib. VI. de Legibus.* Nimirum Deos eodem, quo homines, modo colebant: templa erant eorum domus; sacrificia pro conviviis, luci & amœnæ arbores voluptatis caussa consitæ sunt, denique & ager illis assignatus, ut inde fructus necessarii suppeditarentur. Idemque Regibus, & aliis præclaris viris, deque societate publica bene meritis, fieri solebat. *Hesychius* : Τέμενος, πᾶς ὁ μεμερισμένος τόπος τινὶ εἰς τιμὴν, ἢ ἱερὸν καὶ βωμὸς ἢ ἀπονεμηθὲν Θεῷ, ἢ Βασιλεῖ. Testis de Latino Rege *Virgilius Æneid. Lib. IX. v.* 274.

Insuper id campi quod Rex habet ipse Latinus.

Sic agrum deinde habuit Tarquinius Superbus Romæ in Campo Martio. Apud *Hom. h. l.* Sarpedon, Lyciorum Rex, alterum ejusdem populi Regem alloquitur:

Καὶ τέμενος νεμόμεσθα μέγα Ξάνθοιο παρ' ὄχθας,
Καλὸν, φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόροιο.

Et agrum possidemus amplum juxta Xanthi littora,
Pulcrum, tum arboribus plantandis, tum segeti ferendæ aptum.

Lycii quoque Bellerophonti τέμενος assignant. *Iliad. Z. v.* 194. idque Ætoli Meleagro promittunt. *Iliad. I. v.* 574. POTT. *Tom. I. p.* 221. *sq.*

v. 310—316.

Ἀλλὰ σύ γ' ἄρχε θεοῖσι — δαιτὸς ἐίσης· At tu quidem præſis inter Deos — convivio æquali:] Themis allegorice eſt Juſtitia; eam conviviis Deorum præeſſe jubet hoc loco Juno, docens, in ipſis etiam compotationibus juſtum eſſe conſervandum. Illud nimiam caſtigat intemperantiam, & intra omnis officii limites convivas retinet. Cum enim Juſtitia virtus ſit politica, quatenus actionis habetur reſpectus: in ea maxime ſocietate ſervari debet, in qua propter intemperantiam periculum eſt, ne jus omne fasque violetur: quod in ſuæ etiam Reipublicæ legibus diligenter cavet divinus ille *Plato.* Hanc autem convivalem Juſtitiam Temperantiæ ſororem ſtatuo. SPOND.

v. 96.

Ἀκύσεαι, audies.

v. 97.

Πιφαύσκεται, denunciat: machinatur.

v. 103.

Ἰαίνω, calefacio, tepefacio. 2.) liquefacio, diſſolvo, emollio. 3.) *h. l.* perfundo lætitia, exhilaro.

v. 104.

Μενεαίνω, *h. l.* iraſcor.

v. 105.

Μέμαμεν καταπαυσέμεν, cupimus compeſcere.

v. 106.

Ἀφήμενος, longe *vel* e longinquo sedens. ex ἀπὸ & ἧμαι, sedeo.

v. 109.

Τῷ ἴχεσθ', Quare tolerate: διὸ ἀνέχεσθε καὶ ὑπομένετε. *Schol.*

Ὅ, τι κεν, quodcunque.

Πέμπῃσιν, mittat, immittat.

v. 110.

Τετύχθαι, illatum esse.

v. 112.

Τὸν φησὶν ὃν ἔμμεναι, quem ait suum esse.

v. 113.

Πεπλήγετο μηρώ] Notandus hic primigenius & maxime proprius *Formæ Mediæ* usus; *sua sibi percussit femora.* CLARK. Add. ad *v.* 397.

v. 114.

Καταπρηνὴς, έος, ὁ, ἡ, pronus, declivis, dependens.

v. 115.

Νεμεσήσετ', *pro* νεμεσήσετε, succenseatis.

v. 116.

Τίσασθαι, Ulcisci, *vel* quod ulcisci velim.

v. 117.

Μοῖρα, fatale *sit.*

v. 118.

Ὁμοῦ νεκύεσσι, una cum mortuis. Μετὰ *h. l.* in *vel* inter.

v. 119.

Καί ῥ'] *Et proinde, ut comminatus erat.* CLARK.

Δεῖμόν τε Φόβον τε] Filios Martis, quibus equos sibi jungendos jussit. IDEM.

v. 122.

Ἀθανάτοισι, in immortales.

Ἐτύχθη, exorta fuisset.

v. 123.

Ἀθήνη, Minerva.] *Consilium prudentius.*

v. 124.

Ὦρτο, Prosiluisset. Λίπε, liquisset.

Ἔνθα θάασσε, ubi sedebat. θαάσσω, sedeo.

v. 125.

Τοῦ δ', Hujus (*Martis.*)

v. 126.

v. 126.

Ἔστησε, sepofuit erectam.

v. 127.

Καθάπτετο, corripuit.

v. 128.

Μαινόμενε, φρένας ἠλὲ, Furiofe, vecors.] Sic prudentia in affectus imperium ufurpare debet, ut ipfos caftiget & coërceat: quemadmodum hoc loco Mars a Minerva increpatur & cohibetur. SPOND.

Ἠλὸς, ἡ, ὸν, ftultus, ftolidus.

Φρένας ἠλὲ, διέφθορας] Notandus hic proprius & primigenius *Vocis Mediæ* ufus: *Te ipfe perdidifti; periifti* Vide fupra ad Γ. 141. *Alii active* accipiunt: Φρένας, ἠλὲ, διέφθορας. CLARK.

Ἦ νύ τοι αὔτως, an vero tibi fruftra.

v. 129.

Οὔατ' ἀκουέμεν ἐστὶ, Aures ad audiendum funt.

Ἀπόλωλε, periit.

v. 130.

Ἀΐω, audio.

v. 132.

Ἀναπλήσας, perpeffus.

v. 134.

Φυτεύω, planto, creo. *h. l. Metaph.* molior, ftruo, machinor. a φύω, gigno, produco.

v. 136.

Λείψει, linquet *Jupiter*.

Ὁ δ' ἡμέας εἶσι, ad nos autem veniet.

Κυδοιμήσων, turbas excitaturus, tumultuaturus.

v. 137.

Μάρψει δ' ἑξείης, Corripiet autem alium poft alium.

Αἴτιος, in culpa.

Υἷος ἑῆος, de filio tuo.

v. 139.

Τοῦδε βίην καὶ χεῖρας ἀμείνων, eo vi & manibus fortior.

v. 140.

Πέφατ', interfectus eft.

Πεφήσεται, interficietur.] Comme Sarpedon, Patrocle, Hector, Achille. DAC.

Ἀργαλέον δέ, Difficile quippe *est*,] Difficile est, inquit Minerva, omnes homines a morte liberare. *Omnes* dixit, quia inter homines quidam reperti sunt, qui immortalitatem sunt assecuti, ut Tithonus ille Auroræ maritus, Centauros Chiron, Glaucus marinus ille Deus, & alii. Ceterum interitui obnoxia est humana proles, nisi quibus hoc peculiari Dei munere concessum est, ut Enocho & Eliæ in Sacris Paginis. — γνῶθι μὲν, inquit *Pythagoras*: ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι. Et *Euripid.* apud *Stob.* τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει. Hæc ergo fati societas totum genus humanum pertingens argumentum fuit Minervæ adversus Martem, ut in bellum non prodiret ulciscendæ Ascalaphi filii mortis gratia, quippe cui non solum moriendum fuerit, sed etiam aliis ipso fortioribus. SPOND. Conf. etiam WOLFII *Cur.* BOS *Exerc. Philol.* aliosque, *in Hebr. IX.* 27.

v. 141.

Ῥῦσθαι, liberare *a morte.*

Γενεήν τε τόκον τε.] τὰς γονεῖς καὶ τὸ γένος. *Schol.* progeniemque partumque.

v. 144.

Ἥ τε] *Quæ utique; Quæ scilicet.*

Μετάγγελος, ου, ὁ, ἡ, internuncius, a: nuncius, a.

v. 146.

Ὅτι, *cum Superlat. significat* quam.

v. 148.

Ἕρδειν, ὅ, τί κε, Facite, quicquid &c.

v. 149.

Πάλιν κίε, retro cessit.

v. 153.

Θυόεις, όεσσα, όεν, odorus, odoratus, suffitu repletus. a θύω, sacrifico.

Θυόεν νέφος] Odor ille non a nube perficiscebatur, sed ex ipsis floribus, quos paulo ante tellus Jovi & Junoni dormituris effuderat: deinde etiam ex ipsius Junonis unguentis odoriferis, ut est apud *Didymum.* SPOND.

Ἐστεφάνωτο, circumfusa erat.

v. 156.

Ὅτι οἱ ὦκ' — Quoniam sibi celeriter —

Πιθέσθην, paruerant. v. 158.

v. 158.

Βάσκ' ἴθι] Quis tam obtuso ingenio est, quin intelligat, βάσκ' ἴθι, verba duo idem significantia, non frustra posita esse ἐκ παραλλήλου, ut quidam putant; sed hortamentum esse acre imperatæ celeritatis. *Gell. Lib. XIII. cap.* 23.

v. 159.

Ἀγγεῖλαι, nuncia. Εἶναι, sis.

Ψευδάγγελος, ου, ὁ, ἡ, nuncius, nuncia mendax, falsa nuncians.

Μηδὲ ψευδάγγελος εἶναι] Hoc nominatim prohibere videtur Jupiter, quia suspicio erat, ne Iris, quæ proprie in Junonis est mancipio, aliquid mandatorum perverteret studio placendi dominæ, vel etiam ipsis Græcis, quibus Neptunus auxiliabatur, & Juno favebat. SPOND.

v. 162.

Ἀλογέω, ῶ, aspernor, negligo, contemno, non curo, rationem alicujus non habeo. ex α priv. & λόγος, ratio.

v. 163.

Φραζέσθω, perpendat.

Αὐτ' ἔπειτα, deinde.

v. 164.

Οὐδὲ, nequaquam.

Ταλάσσῃ μεῖναι, valeat sustinere.

v. 165.

Ἕο] αὐτοῦ.

v. 166.

Γενεῇ πρότερος, natu major.

Ὄθεται, veretur.

v. 167.

Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι] Notandus hic primigenius & maxime proprius *Vocis Mediæ* usus: *Æqualem SE mihi dicere.* Vide ad Γ. 141. CLARK.

Τόν τε, *Quem utique.*

v. 170.

Πτῆται, volat.

v. 171.

Ὑπαὶ ῥιπῆς, *acta* impetu.

Αἰθρηγενὴς, έος, ὁ, ἡ, in æthere natus. 2.) *h. l.* frigus & pruinam, vel etiam serenitatem inducens. ex αἴθρα,

 ας, ἡ,

ας, ἡ, aëris serenitas, suda tempestas; *vel* ex αἰθὴρ, ἐρος, ὁ, æther: aër: cœlum; & γίνομαι, nascor.

v. 175.

Παραὶ, *pro* παρὰ, a.

v. 180.

Ὑπεξαλέασθαι, clam evitare. ex ὑπὸ & ἐξαλέασθαι, evitare. *pro* ἐξαλεύασθαι.

v. 181.

Χεῖρας, *suas* Manus.

v. 185.

Ἀγαθός περ ἐὼν, potens licet existens.

(κατὰ) Ὑπέροπλον (τρόπον) superbe, audacter, emere. ab ὑπέροπλος, ου, ὁ, ἡ, cujus virtus & robur omnia arma superat: audax, temerarius.

v. 186.

Ὁμότιμος, ου, ὁ, ἡ, qui in pari habetur honore, pari honore præditus, qui paris est conditionis. ex ὁμὸς & τιμή.

Καθέξει, coërcebit.

v. 187.

Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου] *Etenim tres* —; *Nam tres videlicet* —. Al. Τρεῖς γάρ τε Κρόνου. CLARK.

Εἰμὲν, sumus.

v. 188.

Ἔνεροι, ων, mortui, manes, inferi. ex ἐν & ἔρα, ας, ἡ, terra.

v. 190.

Ἔλαχον, sortitus sum. v. λαγχάνω.

v. 191.

Παλλομένων, motis sortibus.

v. 193.

Ξυνὸς, ἡ, ὸν, communis.

v. 194.

Οὔτι Διὸς βέομαι φρεσὶν, nequaquam Jovis vivam ex voluntate.] Hoc simillimum Hebræorum formæ in הלך. ERN.

βέομαι, fut. I. ind. *Poët.* pro βείτομαι, v. *inusit.* βείω, vivo.

v. 197.

Κέρδιον εἴη, satius esset.

v. 198.

v. 198.

Ἐνίσσω, *cum Dat.* verbis asperis incesso, objurgo, injuria adficio.

v. 199.

Ἔσθεν ὀτρύνοντος ἀκούσονται, ei imperitanti auscultabunt.

v. 201.

Οὕτω γὰρ δὴ] *Siccine autem, quæso? Siccine enim revera?* Nempe refertur istud γὰρ ad id, quod elegantissime reticetur: *Hæreo de responso renuntiando.* Vel, *Metuo tibi; Nam* —. Vel, si quid simile. Vide supra ad *E.* 22. CLARK. Ego sic vertam: *Enimvero, an sit* &c. ERN. On ne peut pas s'empêcher de louër ici la sagesse & la decence, avec laquelle Iris remontre à Neptune son devoir, sans blesser en rien le respect qu'elle lui doit. DAC.

v. 202.

Φέρω, feram, referam.

Μῦθον ἀπηνέα τε, κρατερόν τε, responsum durumque asperumque.

v. 203.

Ἤ τι μεταστρέψεις; An quid mutabis?

Στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.

Flexibiles sane mentes prudentium.] C'est une grande vérité, & qui épargneroit aux hommes bien des fautes, s'ils pouvoient en être bien persuadez. Il faut souvent plus de force pour se relever d'une chute, que pour s'empêcher de tomber. DAC.

v. 204.

Ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐριννύες] C'est une grande autorité pour faire voir que les Paiens même ont reconnu que le droit d'aînesse est un droit divin. Quelle beauté dans cette idée! Que Dieu a donné aux aînez les Furies comme des gardes, afin qu'elles les vengent des outrages que leur feront leurs cadets. EAD.

v. 206.

Καλὰ μοῖραν, recte.

v. 207.

Τὸ τέτυκται, illud est.

v. 208.

Θυμὸν ἱκάνει, animum *meum* occupat.

v. 209.

'Οππότων, *Poët.* pro ὁπότων, cum, quum.

'Ισόμορος, ου, ὁ, ἡ, cui portio par & æqualis datur, par ſorte, qui idem juris habet. ex ἴσος, & μόρος, pars.

'Ομῇ πεπρωμένος αἴσῃ, pari deſtinatus fato.

v. 215.

Πεφιδήσεται, parcet. paulo poſt fut. v. φιδέω. *Vel* eſt fut. v. πεφιδέω, facti ex præt. Med. πέφιδα, a φείδω, *cum Genit.*

v. 219.

Πόθεσκον, deſiderabant *eum.*

v. 223.

'Αιπὺς *h. l.* gravis.

v. 224.

Μάχης ἐπύθοντο, pugnam audiiſſent.

v. 225.

Νέρτερος, έρα, ερον, inferior. νέρτεροι, inferi.

'Αμφὶς *h. l.* circa.

v. 228.

'Ανιδρωτὶ, *adv.* ſine ſudore *vel* labore. ex α priv. & ἱδρώς, ῶτος, ὁ, ſudor.

'Ετελέσθη, perfecta fuiſſet *res.*

v. 230.

'Επισσείων, incutiens: ἐπάνω κινῶν. *Schol.*

Φοβέειν, terreto, terreas.

v. 232.

'Ουν] *Ut dixi; Ut decrevi; Ut ſtatui.* CLARK. Male hic γὰρ vertitur *enim.* Γὰρ οὖν eſt pro τοιγαροῦν, in quo γὰρ manifeſte παρέλκει. ERN.

v. 234.

Κεῖθεν, inde, exinde.

Φράσομαι ἔργον τε ἔπος τε, conſultabo opereque verbisque.

v. 235.

'Αναπνεύσωσι (ἐκ) πόνοιο, reſpirent a labore.

v. 236.

'Αρα] *Ut ſolitus erat; Ut æquum erat; Ut par erat.* CLARK.

Πατρὸς ἀνηκούστησεν, patri non obſequutus eſt. ἀνηκουστέω, ῶ, non audio. 2.) non obtempero, non ſum dicto audiens.

v. 238.

v. 238.

Φασσοφόνος, ου, palumborum interfector, columbarum occisor. ex φάσσα, vel φάττα, ης, ἡ, palumbus: columba; & φονέω, occido.

Ὅς', *Qui utique.*

v. 240.

Ἐσαγείρατο θυμὸν, collegerat animum. ἐσαγείρω, colligo, congrego.

v. 245.

Ἧσ', *pro* ἧσαι, sedes.

v. 246.

Ὀλιγοδρανέω, ῶ, langueo, spiritum vix traho. ab ὀλιγοδρανὴς, έος, ὁ, ἡ, faciendi facultate destitutus, infirmus, imbecillis, *quod* ex ὀλίγος & δραίνω, facio.

v. 249.

Οὓς ἑτάρους, suos socios.

v. 250.

Ἔπαυσε — cessare *me* fecit ab —

v. 251.

Ἐφάμην, putabam.

v. 252.

Ὄψεσθαι, *me* visurum.

φίλον ἄϊον ἦτορ, meam expirabam animam. ἀΐω *h. l.* efflo, expiro.

v. 254.

Ἀοσσητὴρ, ῆρος, ὁ, auxiliator, adjutor: qui juvat ἄνευ ὄσσης, nec omine, nec augurio aliquo impulsus, sed sponte. ab ἀοσσέω, auxilior. *quod* ex α priv. & ὄσσα, ης, ἡ, vox: fama, rumor: omen: oraculum.

v. 255.

Προέηκε, misit.

v. 257.

Ῥύομ', Tueri soleo: tuebar.

v. 258.

Ἐπότρυνον, *seq. Dat.* exhortare. *seq. Acc.*

v. 260.

Ἐγὼ — κέλευθον Πᾶσαν λειανέω] Sol nimirum verno tempore vias exsiccat & reficit. CLARK.

v. 261.

Λειανέω, complanabo. *pro* λειανῶ, v. λειαίνω, lævigo; polio. a λεῖος, λεῖα, λεῖον, lævis, planus.

Τρέψω, *scil.* εἰς φυγήν.

v. 263.

Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 351. *sqq.* Ceterum de toto hoc loco vide supra ad Z. 506 — 511. Ubi iidem sex versus repetuntur, *Paridemque* luxuriantem & jactabundum illic paulo etiam aptius describunt, quam *Hectorem* hic ex vulnere gravissimo nuperrime refectum. CLARK.

v. 269.

Λαιψηρὰ, *pro* λαιψηρῶς, celeriter, velociter. a λαιψηρός. K. 358.

Ἐνώμα, movebat.

v. 272.

Ἐσσεύοντο] *Irruere solent; Persequi solent* —. Vide ad *A.* 37.

v. 273.

Ἠλίβατος, ου, ὁ, ἡ, tam altus, ut uni Soli sit pervius. ex ἥλιος, ου, ὁ, Sol; & βαίνω, vado. *Vel*, tam altus, aut profundus, ut ab ejus accessu aberres; ab ἀλιτεῖν, aberrare; & βάσις, gressus.

Δάσκιος, ου, ὁ, ἡ, *per Sync.* pro δασύσκιος, densam umbram faciens, dense umbrosus. ex δασὺς, εῖα, ὺ, densus; *aut* ex δα, *idem quod* ζα *in compositione:* & σκιὰ, umbra.

v. 274.

Οὐδ' ἄρα τε] *Ac proinde non* —.

Κιχήμεναι, *eum* prehendere.

Αἴσιμον ἦεν, fatale *vel* in fatis erat.

v. 275.

Ὑπαὶ ἰαχῆς ἐφάνη, clamore *excitatus* apparet.

Ἠϋγένειος, ου, ὁ, ἡ, multum barbatus, pulcre barbatus; maxillis terribilibus. ex ἠυ *pro* εὖ, & γένειον, ου, τὸ, mentum: barba.

v. 276.

Ἀπέτρεπε, avertit.

Καὶ μεμαῶτας, ardenter licet persequentes.

v. 277.

Εἴως, hactenus.

v. 280.

v. 280.

Πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός· omnibusque in pedes decidit animus.] Abiit hoc in proverbium de iis, qui vehementer consternantur atque expavescunt. Unde forsan *Demosthenes* de Atheniensibus dixit, eos καταπεπατημένον φέρειν ἐν πτέρναις τὸν ἐγκέφαλον. Potest tamen illud intelligi de animi, *i. e.* fastus præcedentis ob victoriam in Trojanos a Græcis contracti depressione, ob inversam Hectoris impetu eorum fortunam. Quæ interpretatio a quodam in suo *Lexico* accepta est. ait enim: *i. e.* in re præsenti concidit animus. SPOND.

v. 282.

Ἐπιστάμενος ἄκοντι, *Eustath.* λείπει τὸ πολεμίζειν, ἤ τι τοιοῦτον. peritus jaculo *pugnandi.*

v. 283.

Ἐσθλὸς δ' ἐν σταδίῃ, Strenuus etiam in stataria *pugna.* Vid. BOS *Ell. Gr. p.* 118.

v. 284.

Νίκων, Vincebant.

Ἐρίσσειαν (aor. I. opt. Act. *Æol.*) περὶ μύθων, contenderent de verbis, *vel* de eloquentia.

v. 287.

Οἷον δ' αὖτ' ἐξαῦτις ἀνέστη, Cum ita jam de integro exsurrexit.

Κῆρας ἀλύξας, morte evitata.

v. 291.

Ὃ δὴ] *Qui sane; Qui profecto.*

Ὑπὸ γοῦνατ' ἔλυσεν, genua solvit. *Periphrasis* est, pro ἐθανάτωσε.

v. 295.

Ἀνώξομεν, jubeamus.

v. 297.

Στείομεν, Stemus. aor. 2. subj. Act. *Poët.* pro στῶμεν. V. ἵστημι.

Ἐρύξομεν, inhibere *vel* arcere poterimus.

v. 300.

Ἄρα] *Ut sit.*

v. 301.

Οἱ — ἀμφ' Αἴαντα] Vide supra ad Γ. 146.

v. 303.

Ὑσμίνην ἤρτυνον, Ad pugnam copias instruebant.

v. 306.

Πρῦτυψαν, priores in eos impetum fecerunt.

Ἂρ] *Ut par erat; Ut solebat.*

v. 309.

Ἀμφίδασυς, δάσεια, δασυ, utrimque hirsutus: ubique hirsutus: valde hirsutus. ex ἀμφὶ & δασὺς, densus: hirsutus.

Ἀριπρεπὴς *h. l.* valde decorus, insignis.

Ἣν ἄρα] *Quippe quam; Quam utique.*

v. 310.

Ἐς φόβον ἀνδρῶν, ad fugandos *in pugna* viros.

v. 311.

Τὴν ἄρ] *Hanc, inquam.*

v. 312.

Ὑπέμειναν, impetum sustinuerunt.

v. 314.

Θρῶσκον, Exiliebant.

v. 316.

Πάρος χρόα καλὸν ἐπαυρεῖν, antequam corpus pulchrum attingerent.

v. 318.

Ἄτρέμα pro ἀτρέμας dixisse, qui post Homerum secuti sunt, auctor est *Eustathius.* quare idem ad *h. l.*

Ὄφρα μὲν αἰγίδα χερσὶν ἔχ' ἀτρέμα Φοῖβος Ἀπόλλων.

ἀτρέμα metri gratia dictum putat pro ἀτρέμας. Nam ita ille quasi mirans: Ἰδὲ ἐνταῦθα δίχα τῦ σ κεῖται διὰ μέτρον· *En hic absque σ exaratum est metri gratia.* HOOG. *ad* VIG. *C. VII. S. IV. R. II.* (*N.* 22)

v. 320.

Καλενῶπα, vel καλένωπα, *per Sync.* pro καλενώπια. a καλενώπιον, *idem quod* ἐνώπιον, in conspectu, coram. καλενῶπα ἰδὼν, in vultum recta intuens.

v. 321.

Σεῖσ', *Ægidem* concussit.

Τοῖσι δὲ] *Tum vero illis* —.

v. 324.

Θῆρε δύω, Feræ duæ.] Ut intelligantur videlicet comparate *Hector* & *Apollo*. CLARK.

v. 325.

Σημάντωρ *h. l.* custos.

v. 326.

Ἐφόβηθεν, fugati sunt.

v. 327.

Ἧκε φόβον, Immisit terrorem.] Solent etiam viri fortissimi non solum timere, sed etiam fugere in illis potissimum terroribus, qui divinitus incutiuntur, ut *h. l.* ab Apolline, & *antea* a Neptuno fugam illam Deorum etiam filiis tribuit. SPOND.

v. 328.

Ἕλεν, interfecit.

Κεδασθείσης ὑσμίνης, dissipata acie.

v. 335.

Frequentissimum est apud *Homerum* crimen *homicidii*, cujus *pœna* exilium. Solum enim passim vertunt, qui ei se obstrinxerunt. Medon utique Ajacis frater habitavit in Phylace,

— — *γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτάς,*
— — *procul a patria terra, virum cum occidisset.*

Apud *eundem* degebat Lycophron (*v.* 432. *hujus Il.*)

— — *ἐπεὶ ἄνδρα κατέκτα Κυθήροισι ζαθέοισι,*
— — *quoniam virum interfecerat Cytheris divinis.*

FEITH. *L. II. C. VIII. §. I.*

v. 336.

Γνωτὸς *h. l.* frater.

v. 337.

Ἔσκετο, erat.

v. 343.

Ἐνάριζον ἀπ' ἔντεα, spoliabant armis.

v. 344.

Ἐνιπλήξαντες, *seq. Dat.* delapsi in —. v. ἐμπλήσσω, *vel* ττω, irruo.

v. 345.

Φέβοντο, fugiebant.

Δύοντο, introibant.

v. 347.

v. 347.

Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' — In naves ut irruerent, omitterentque —.]

Solet in fundendo hoste hoc a prudentibus Ducibus præcaveri, ne vulgus militum in spoliandis cadaveribus occupetur. Sæpe enim contingit, ut hac ratione victores imprudentes a victis alterna vicissitudine fundantur aut prosternantur, quasi minus ad eos excipiendos instructi & parati. SPOND.

v. 348. 349.

Duces orationem soliti olim *sunt habere ad milites* in acie collocatos, qua hortabantur strenue ut pugnarent se invicem veriti; proposita victoriæ gloria ac utilitate: minis etiam usi, ut Hector *h. l.*

Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω,
Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι. — — —
Quem autem ego seorsum a navibus alibi animadvertero,
Illic ei mortem inferam. — — — —

Meminit *Aristoteles Ethic. III. Cap. XI.* ubi etiam tradit, nonnullos Imperatores fossas a tergo copiarum, aut aliquid aliud struxisse, ut cogerentur præliari: quomodo fluvio exercitum suum coërcuisse Alexandrum refert *Diodorus Siculus Lib. XVII. C. XXIII.* FEITH. *L. IV. C. XIV.* §. *V.* add. POTT. *Tom. II. p.* 136. *sq.*

v. 350.

Γνωτοί τε γνωταί τε, Fratresque sororesque.

Πυρὸς λελάχωσι θανόντα, rogi participem facient mortuum. Vid. ad *H.* 80.

v. 351.

Ἐρύουσι, *eum* distrahent.

v. 352.

Καπωμαδὸν, *adv.* humeris, super humeros *feriens.* ex κατὰ & ὦμος, humerus. καπωμαδὸν ἵππους ἐλαύνειν, agitare equos scuticam trans humeros vibrando.

v. 354.

Ἐρυσάρματος, ου, ὁ, ἡ, currum trahens. *Hom.* ἐρυσάρματες ἵπποι, pro ἐρυσάρματοι, *per metaplasmum.* ex ἐρύω & ἅρμα, currus.

v. 356.

v. 356.

Ῥεῖ, facile.

Ὄχθας] Κυρίως μὲν τὰ τῶν ποταμῶν χείλη· νῦν δὲ, τῆς τάφρε. *Schol.*

Κάπετος, ε, ὁ, fossa, fovea, scrobs. a σκάπτω, fodio.

Ἐρείπων, ruens, proruens.

v. 357.

Γεφύρωσεν, munivit tanquam ponte facto. v. γεφυρόω, ῶ, ponte *seu* pontibus jungo, facio foveam *vel* aliquid hujusmodi, ut sit facile ad transitum. a γέφυρα, ας, ἡ, pons.

v. 358.

Ὅσον τ'] *Quam longe utique.*

Ἐρωὴ, ῆς, ἡ, impetus.

Ὅσον τ' ἐπὶ δυρὸς ἐρωὴ Γίγνεται, quousque hastæ emissæ impetus Pertingit; quam longe hastæ jactus Pertingit.

v. 359.

Σθένεος πειρώμενος] Notandus hic primigenius & maxime proprius *Vocis Mediæ* usus: *Suarum sibi virium periculum faciens.* CLARK.

Ἧκε, jaculatur.

v. 360.

Τῇ, Hac *via.*

Φαλαγγηδὸν, *adv.* per phalanges. 2.) turmatim. a φάλαγξ, γγος, ἡ, phalanx.

Πρὸ, ante *ibat.*

v. 361.

Ἔρειπε, diruebat.

v. 362.

Ὡς ὅτε τις ψάμαθον] Homere ne pouvoit trouver une comparaison plus propre à marquer la facilité avec laquelle Apollon abbatit une porte de cette muraille sans la moindre peine. Et cette comparaison si agréable & si douce dans une si terrible occasion fait un contraste admirable. DAC. Vid. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 343. *sq.*

v. 363.

Ὅς ἐπεὶ ἂν] *Qui videlicet, postquam ex arena, quam dixi.* CLARK.

Ἄθυρμα,

Ἄθυρμα, ατος, τὸ, ludus puerilis : ludus quilibet. ab ἀθύρω, ludo.

Νηπιέῃσιν, animo infantis, ſtultitia infantili. dat. plur. a νηπιέη, ης, ἡ, infantia: ſtultitia, imprudentia.

v. 364.

Συνέχευε, confundit, deſtruit.

Ἀθύρω, ludo, luſito.

v. 365.

Ὥς ῥα σὺ, ἤιε Φοῖβε, πολὺν] Le Poëte, au lieu de rendre ſa comparaiſon à l'ordinaire par ces mots, de même Apollon abbatit &c. la rend par une apoſtrophe qui fait ici un effet merveilleux, car elle oblige le lecteur à faire plus d'attention ſur cette action extraordinaire & prodigieuſe du Dieu. DAC.

Ὥς ῥα] *Sic, inquam.*

Ἤϊος, ια, ιον, jaculandi peritus. Epith. *Apollinis* & *Bacchi.* ab ἵημι, mitto.

v. 366.

Σύγχεας, Confudiſti.

v. 367.

Ἐρητύοντο, compellebantur.

v. 372.

Ζεῦ πάτερ] Equidem continere me nequeo, quin vocem Romanam *Jupiter*, multo potius Ζεὺς πατὴρ eſſe credam, quam *Juvans pater*. CLARK.

v. 375.

Τῶν μνῆσαι, Horum memento.

v. 377.

Ἔκτυπε, intonuit.

v. 378.

Ἀράων ἀΐων, Preces exaudiens.

v. 380.

Μᾶλλον ἐπ' Ἀργ. θόρον, Acrius in Argivos irruebant.

v. 381.

Εὐρύπορος, ου, ὁ, ἡ, latos habens meatus : vaſtus : lata habens vada.

v. 382.

Νηὸς ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται, Navis ſupra latera *in eam* tranſcendit.

v. 383.

v. 383.

Ἶς ἀνέμου, Vis venti. Ἢ γάρ τε] *Etenim ea*—.

Ὀφέλλω *hic* augeo.

v. 385.

Εἰσελάσαντες, ubi misissent intro, quum intro egerunt.

v. 387.

Ἐπιβάντες, quas conscenderant.

v. 388.

Τά ῥα] *Quæ, ut fit*; *Quæ, ut solitum est.*

v. 389.

Ναύμαχος, ου, ὁ, ἡ, quo dimicatur e navibus, navali prælio aptus. ex ναῦς, & μάχομαι.

Δόρατα ναύμαχα apud *Herodotum* intelliguntur hastæ insolitæ longitudinis, quæ sæpius viginti cubitos superabant: unde a *Livio Hist. Lib. XXVIII. Cap. XLV.* dicuntur *hastæ longæ*, & ab *Homero h. l.* ξυστὰ ναύμαχα & μακρά. Iterum *Il. hujus v.* 677. POTT. *Tom. II. p.* 116.

Κολλήεις, ήεσσα, ῆεν, glutinatus, glutine compactus, conglutinatus. a κολλάω, ῶ, glutino.

Κατὰ στόμα] νῦν, κατὰ τὴν ἀρχήν. Μεταφορικῶς. } *Schol.*
Εἱμένα χαλκῷ] ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὸ ἄκρον σεσιδηρωμένα. }

v. 390.

Ἕως, quamdiu.

v. 391.

Ἔκτοθι, *adv.* extra. ab ἐκτὸς, *idem.*

v. 392.

Ἀγαπήνορος] Ἤτοι, ἀγαπῶντος τοὺς ἄνδρας. ἢ, ἀνδρείου. *Schol.*

v. 394

Ἄκημα, τος, τὸ, sanatio, medela. 2.) remedium.

Πάσσω, *vel* ττω, spargo: inspergo, conspergo.

v. 395.

Ἐπεσσυμένους ἐνόησε, impetu cum magno ingressos advertit.

v. 397.

Καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ] Notandus hic primigenius & maxime proprius *Formæ Mediæ* usus: *Sua sibi percussit femora.* CLARK.

v. 399.

Εὐρύπυλ', οὐκέτι τοι δύναμαι] Patroclus suo exemplo do-

 cet,

cet, privata amicorum negotia publicis postponenda. Ille enim, quamvis Eurypylo vulnerato lubenter affuisset, ut ei mederetur: tamen cum Græcorum exercitum a Trojanis videret profligari, unaque Achillis præsentia eos liberari posse, ad eum pergit, ut illum ad prælium ineundum exhortetur. SPOND.

Τοι, tecum, apud te.

v. 400.

Παρμενέμεν, manere. v. παραμένω, maneo, permaneo, persevero.

Δὴ γὰρ] *Revera enim; Nam profecto.*

v. 401.

Ποτιτέρπω, *Dor.* pro προστέρπω, oblecto.

v. 402.

Σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα, Festinabo ad Achillem.] Vide supra ad *N.* 324.

Ὀτρύνω πολεμίζειν, impellam *eum* ad pugnam.

v. 405.

Πόδες φέρον, pedes ferebant.] Virgil. *Quo te, Moeri, pedes? Eclog. IX.* 1. Quod vel hinc liquet, non esse sermonem agrestem solummodo, propriumque rusticorum. Vide *Victorii varias Lection. Lib.* 36. *cap.* 3. CLARK. Est tamen hic paullo aliter, quam in Virgiliano. Verbum φέρειν est in emphasi, exprimitque impetum & festinationem, ut apud Latinos verbum *ferre*, cum dicunt: *quo eum impetus tulit*, *ventus tulit*, & similia, quod non est in illo: *quo te, Moeri, pedes?* ERN.

v. 406.

Μένον ἔμπεδον, sustinebant constanter.

v. 410.

Ἀλλ' ὥστε στάθμη, Sed sicuti amussis] Æqualitatem prælii eleganti comparatione significat, cui similis est etiam illa *Lib. XII.*

Ἀλλ' ἔχον, ὥστε τάλαντα γυνὴ κ. τ. λ. SPOND.

Στάθμη, ης, ἡ, amussis, regula, ad quam aliquid exæquatur, perpendiculum. ab ἵστημι, appendo.

Δόρυ νήϊον, lignum navale.

Ἐξιθύνω, rego, dirigo. ex ἐξ & ἰθύνω, *idem.*

v. 411.

v. 411.

Δαήμων, ονος, ὁ, ἡ, doctus, gnarus, peritus. a δαέω, ῶ, disco, doceor: scio.

Ὅς ῥα τε] *Qui utique.*

Πάσης Εὖ εἰδῇ σοφίας, totam Bene callet artem.

v. 412.

Ὑποθημοσύνη, ης, ἡ, præceptum, monitum, admonitio, consilium. ab ὑποτίθημι, suppono. *in Med.* moneo, consulo.

v. 413.

Ἐπὶ ἶσα, æqualiter. *M.* 436.

v. 414.

Μάχην ἐμάχοντο, pugnam pugnabant.

v. 415.

Ἀντὶ *h. l.* contra.

Ἐείσατο, ivit, venit, incessit. v. εἶμι, vado, eo.

v. 416.

Ἔχον πόνον, capiebant *vel* ferebant *bellicum* laborem.

v. 417.

Ἐξελάσαι, vi abigere.

v. 418.

Ἀψ ὤσασθαι, repellere.

Ἐπεὶ ῥ' — γε] *Quando quidem; Quoniam videlicet.*

Ἐπέλασσε, prope admôrat, *vel* admoverat *eum.*

v. 426.

Μὴ δή πω] *Nequaquam, quæso.*

Χάζεσθε μάχης, recedatis a pugna

v. 428.

Νεῶν — πεσόντα, ad naves — *humi* delapsum.

v. 432.

Ζάθεος *hic* inclytus *vel* religiosus.

v. 433.

Τόν ῥ'] *Hunc, inquam.*

v. 437.

Πέπον, amice, dulcissime, suavissime.

Δή] *Profecto.*

v. 438.

Ἔνδον ἐόντα, huc profectum.

v. 439.

Ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν, Æque ac charos parentes.

v. 441.

Ὠκύμορος *h. l.* subitam mortem afferens, mortem celeriter inferens, letifer.

v. 442.

Ξυνέηκε, intellexit.

v. 444.

Ἰοδόκος, ου, ὁ, ἡ, sagittas recipiens, sagittifer. ex ἰὸς, ȣ, ὁ, sagitta, jaculum; & δέχομαι, capio.

Ἐφίει, immittebat.

v. 447.

Πεπόνητο καθ' ἵππȣς, exercebatur equis regendis, laborabat circa equos.

v. 448.

Τῇ γὰρ ἔχ', ᾗ κ. τ. λ. Ea enim dirigebat, qua &c.

v. 450.

Τό οἱ ὄτις ἐρύκακεν, quod ab eo nemo arcuit.

Ἱεμένῳ περ, ardenti *vel* cupienti licet.

v. 453.

Κεῖν' ὄχεα κροτέοντες, Vacuos currus succutientes magno cum sonitu.

v. 456.

(κατὰ) Πολλὰ (ῥήματα) δ' ἐπώτρυνε, Multisque (*verbis*) *eum* hortabatur.

Σχεδὸν ἴσχειν εισορόωντα, prope *se* tenere in conspectu.

v. 459.

Αἴνυτο, Depromebat.

Ἔπαυσε μάχης, repressisset *vel* cessare fecisset *eum* a pugna.

v. 460.

Εἰ μιν ἀριστεύοντα βαλὼν ἐξείλετο θυμόν, si ei pugnanti fortissime percusso eripuisset animam.

v. 461.

Ὅς ῥ' ἐφύλασσεν] Si istud ἐφύλασσε referatur ad ea, quæ hic *sequuntur*, tum ὅς ῥα illud erit, quod Latine dicitur, *qui utique* —. Sin ἐφύλασσε referas ad ea, quæ *præcesserunt* v. 254. 255. tum erit ὅς ῥα, *qui, ut dictum est*, —. CLARK.

v. 462.

v. 462.

'Ευχος ἀπηύρα, gloria privavit.

v. 463.

'Ευςρεφὴς, & *Poët.* ἐϋςρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, pulcre *vel* ſcite tortus, tortilis; flexilis. εὖ & ςρέφω.

'Αμύμονι τόξῳ, eximio arcu.] Ἤτοι, κατὰ μετουσίαν τοῦ φοροῦντος· ἢ, πανταχόθεν ἀμέμπτῳ καὶ ὑγιεῖ. *Schol.*

v. 464.

'Ρῆξ' ἐπὶ τῷ ἐρύοντι, Rupit in hunc (*Hectorem*) trahenti.

Παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλη, detorquebatur autem ei alio.

Παρεπλάγχθη, aberravit. *per Epentheſ.* pro παρεπλάχθη, vel ab *inuſit.* verbo παραπλάγγω, *pro* παραπλάζω, errare facio.

v. 465.

Χαλκοβαρὴς, έος, ὁ, ἡ, ære gravis. 2.) firmus, ſolidus. ex χαλκὸς, & βάρος, εος, τὸ, pondus, onus.

v. 467.

'Επὶ μήδεα κείρει, conſilia præcidit.] ἐπικείρει, ἐμποδίζει τὰ βουλεύματα. *Schol.*

v. 468.

"Ο, τε] *Qui ſcilicet; Qui utique.*

v. 469.

'Εκρήγνυμι, *vel* ύω, disrumpo, erumpo, effringo.

Νεόςροφος, ου, ὁ, ἡ, nuper tortus, *velut funis*, *ideoque* novus. ex νέον, *adv.* recens, nuper; & ςρέφω.

v. 470.

Πρώϊον, Hodie mane. a πρώϊος, ία, ιον, matutinus. a πρωὶ, *adv.* mane.

'Ανέχοιτο, ſuſtineret.

Θαμὰ, *adv.* crebro, frequenter.

v. 475.

Μάρναο, *ſeq. Dat.* Pugna *ipſe* in *vel* contra —.

v. 476.

Γε, ſaltem.

Δαμασσάμενοί περ, victores licet, quamvis vicerint nos:

v. 479.

Τετραθέλυμνος, ου, ὁ, ἡ, quatuor habens fundamenta, quadruplex. ex τέτρα, *in Compoſit. idem quod* τέτταρα, quatuor;

quatuor; & θέλυμνον, ου, τὸ, fundamentum. *Schol.* τετρα-θέλυμνον] τετράπτυχον, τετραχῆς θέσεις ἔχον ἐπαλλήλους.

v. 484.

Βλαφθέντα βέλεμνα, inutiles factas sagittas.

Βέλεμνον, ου, τὸ, *idem quod* βέλος, εος, τὸ, telum, jaculum, sagitta.

v. 488.

Δὴ γὰρ ἴδον] *Certe enim* —.

v. 489.

Διόθεν, *adv.* a Jove. a Ζεὺς, *Genit.* Διός.

v. 491.

Ὁτέοισι, quibus. ab ὅςτις, ἥτις, ὅ, τι, Genit. ὅτινος, pro quo *Attici* dicunt ὅτου, *Jones* ὅτεο, *Dor.* ὅτευ, *Æol.* & *Poët.* ὅττεο & ὅττευ. Pro ᾧτινι *Attici* ὅτῳ, *Jones* ὅτεῳ. Pro ὧντινων *Attici* ὅτων, *Jones* ὅτεων. Pro οἷςτισι *Attici* ὅτοις, *Jon.* ὅτεοις, & ὁτέοισι.

v. 492.

Μινύθω, minuo, imminuo. a μινυὸς, ὰ, ὸν, parvus, exilis.

v. 490 — 492.

Ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος Διὸς ἀνδράσι γίνεται ἀλκὴ,
Ἠμὲν ὁτέοισιν κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυαλίξῃ,
Ἠδ' ὅτινας μινύθῃ τε καὶ οὐκ ἐθέλησιν ἀμύνειν.
Admodum utique facilis agnitu Jovis hominibus est potentia,
Tum quibus gloriam superiorem dederit,
Tum quos minuat, & nolit defendere.

Vitiosa fuit ista Hectoris conjectura. Solet enim plerumque Deus eos initio derelinquere, quos postea studiose protegit. Non est proinde istud γνωμάτευμα pro vero accipiendum. Ita enim enunciatum est a superbo & nimium confidente Hectore. Scilicet generosum Ducem divina latuit voluntas, & ex uno casu male in reliquum belli exitum argumentatus est. SPOND.

v. 496.

Τεθνάτω, Moriatur. præs. imperat. v. τέθνημι, *pro* θνάω, morior.

— Οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης
Τεθνάμεν. — — — —

— *Non*

— *Non ei indecorum erit pugnanti pro patria*
Mori. — — — — —

Horat. *Dulce & decorum est, pro patria mori. Od. III. 2:* 13. Virgil. *Pulchrumque mori succurrit in armis. Æn. II.* 317. CLARK.

v. 497.

Ἀλλ' ἄλοχός τε σόη κ. τ. λ. At uxorque salva *erit*, &c.] Consolatio est eorum, qui pro patria moriuntur, quod morte sua uxori liberisque suis vitam & salutem pariant: cum si vitæ propriæ studio ignavius se gesserint, miserum illud spectaculum visuri sint, ut ille cum suis in hostium potestatem veniat. SPOND.

Ὀπίσσω *h. l.* in posterum.

v. 498.

Κλῆρος, ου, ὁ, *h. l.* patrimonium.

Ἀκήρατος, ου, ὁ, ἡ, purus: integer, incorruptus, illæsus. ex α priv. & κεράω, misceo.

v. 502.

Ἄρκιον, satius *fuerit*.

v. 503.

Ἀπώσασθαι κακὰ νηῶν, avertere mala a navibus.

v. 504.

Ἦν, *pro* ἐὰν, si.

v. 505.

Ἐμβαδὸν, *adv.* pedestri itinere, pedibus. ab ἐμβαίνω, ingredior.

v. 507.

Ὅς δὴ] *Qui plane* —.

v. 508.

Οὐ μὰν ἔς γε χορὸν κέλετ' ἐλθέμεν, ἀλλὰ μάχεσθαι.
Non certe ad tripudium jubet ire, sed ad pugnam.]
C'est une invective pleine de force & de sens. Ajax reproche à ses troupes qu'elles entendent la harangue d'Hector avec la même indifference & le même sang froid que si elles étoient dans une assemblée, où elles entendissent Hector exhorter ses amis à bien danser. Et il veut encore leur dire par là qu'Hector est obéï; & que ses troupes le suivent au combat aussi gaiement que s'il les menoit à la danse: à plus forte raison les Grecs

 doivent-

doivent-ils obéïr a leurs Chefs, & combattre de toutes leurs forces, eux qui ſont obligez de vaincre ou de perir. Le diſcours d'Hector eſt plus éclatant & plus grave que celui d'Ajax, mais celui d'Ajax eſt plus politique, plus preſſant & plus perſuaſif. DAC.

v. 511.

Ἕνα χρόνον, ſemel.

v. 512.

Στρεύγω, *propr. idem quod* στραγγεύω, guttatim exprimo. *unde* dolore adficio στρεύγομαι, paullatim deficio, tabeſco, conſumor, vexor. a στράγξ, γγός, ἡ, gutta, ſtilla.

v. 513.

Ἄυτως, inultos.

Χειρότερος, α, ον, deterior.

v. 520.

Ὕπαιθα λιάσθη, in obliquum ſe declinavit *vel* proripuit.

Ὕπαιθα, *adv.* coram, recta, ex obliquo, in obliquum.

v. 521.

Καὶ τοῦ μὲν ἀπήμβροτεν, & ab eo quidem aberravit *Meges.*

ἀπαμβροτω, aberro, deerro.

v. 522.

Εἶα, Sinebat.

v. 525.

Τῷ, huic. (*Megeti.*)

Ἀιχμῆς εὖ εἰδὼς, haſta pugnandi peritus.

v. 527.

Εὖ εἰδότα θούριδος ἀλκῆς, peritum ſtrenuæ pugnæ.

v. 530.

Γυάλοισιν ἀρηρότα, cavitates firmiter conjunctas habentem, concavitatibus aptatum.

v. 536.

Κύμβαχος, ου, *h. l.* extrema galeæ pars, cui criſta inditur. Vid. ad *E.* 586.

v. 539.

Ἕως ὁ τῷ πολέμιζε μένων, Dum *hoc modo* Meges cum Dolope pugnabat perſtans.

v. 540.

Τόφρα, Interim.

Οἱ, ei. (*Megeti.*)

v. 543.

v. 543.

Πρόσσω ἱεμένη, Ulterius tendens.
Ἄψ] *Ut fit.*
Ἐλιάσθη, prolapſus eſt.

v. 544.

Τώ] *Menelaus* & *Meges.*
Ἐεισάσθην, irruerunt: iverunt.

v. 545.

Συλήσειν, Detracturi.
Κασιγνήτοισι κέλευε, cognatos adhortabatur.

v. 546.

Ἐνενίπτω, increpo, objurgo. ex ἐν & ἐνίπτω, *idem.*

v. 547.

Ὄφρα, *h. l.* olim, quondam.

v. 548.

Ἀπονόσφι, procul, ſeorſum.

v. 552.

Τόν ῥ'] *Hunc, inquam.* Refertur nimirum ad *v.* 546. CLARK.

v. 553.

Οὕτω δὴ] *Siccine vero, quæſo, — ?*
Μεθήσομεν, remiſſe agemus.

v. 554.

Ἐντρέπεται, movetur cura. ἐντρέπομαι *h. l.* curo, curam habeo: mutor, flector.

v. 555.

Οἷον, *adv.* ut, quomodo.
Ἔπωσιν, *hi* occupentur.

v. 556.

Ἕπευ, ſequere.
Ἐστὶν *hic* licet.
Ἀποσταδὸν, *adv.* eminus. ab ἀφίστημι, ſejungo; elongo.

v. 557.

Πρίν — καταχτάμεν, priusquam — occiderimus *eos.*
Κατ' ἄκρης, *illi* a culmine, vel, *illi* funditus.

v. 558.

Ἑλέειν, κτάσθαι τε πολίτας, ceperint, interfecerintque cives.

v. 561.

Ἀιδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ, pudorem habete in animo.

v. 562.

Ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε, & alius alium verecundantes obſervate, *vel* invicem reveremini.

v. 565.

Ἀλέξασθαι μενέαινον, arcere *hoſtem* promto erant animo.

v. 566.

Ἐν θυμῷ δὲ βάλοντο ἔπος, Mente autem reponebant verbum, *vel* animoque mandarunt verbum.

v. 567.

Ἕρκεϊ χαλκείῳ, Muro aheneo.

Ἐπὶ, in *eos.*

v. 570.

Θάσσων, *vel* τῖων, ονος, ὁ, ἡ, celerior, velocior. *Comparat.* a ταχὺς, celer, velox.

v. 571.

Εἴ τινα — βάλῃσθα] *Al.* βάλοισθα. Habet autem & πάθος & vim peculiarem Apoſiopeſis iſta: *O, ſiquem* —; *Gauderem, ſiquem* —; *Aggredere, ſiquem* —; Σκόπει, εἴ τινα —. Innuit autem *Hectorem*; ſicuti ſupra, *v.* 458. & alibi. CLARK.

Βάλῃσθα, percutere poſſis.

v. 572.

Ἀπέσσυτο, receſſit.

v. 573.

Ἐκ δ' ἔθορε προμάχων, Exiliit igitur *Antilochus* extra primos pugnatores.

v. 579.

Ὅς τ'] *Qui utique* —. Similemque habent vim iſta τόν τ' & ὅς τε, *v.* 580. & 587. CLARK.

v. 584.

Ὅς ῥα] *Qui proinde* —; *Qui, ut expectandum erat.* IDEM.

v. 586.

Ἔτρεσε, fugit. v. τρέω, ῶ, tremo, timeo.

v. 589.

Ἐπὶ, in *eum.*

v. 590.

Χέοντο, fundebant.

v. 594.

v. 594.

Θέλγε, debilitabat.

v. 598.

Ἐξαίσιος, ου, ὁ, ἡ, iniquus : indecens : enormis. ex ἐξ & αἶσα, fors.

Ἀρὰ, ᾶς, *Jon.* ἡ, ῆς, ἡ, *h. l.* preces : preces supplices, supplicatio.

v. 599.

Μένε, expectabat.

v. 601.

Ἐκ γὰρ δὴ τοῦ] *Nam ex eo videlicet tempore* —. deest χρόνου.

Ἔμελλε παλίωξιν παρὰ νηῶν θησέμεναι Τρώων, erat iterum in fugam a navibus Conjecturus Trojanos; *vel*, erat repulsionem a navibus Facturus Trojanorum.

Ὀρέξαι, præbiturus.

v. 607.

Ἀφλοισμὸς, οῦ, ὁ, spuma. ab ἀφρὸς, οῦ, ὁ, *idem.*

v. 608.

Λαμπέσθην, Fulgebant.

v. 609.

Τινάσσετο, quassabatur.

v. 611.

Μετὰ *h. l.* inter.

v. 612.

Κύδαινε, gloria extollebat.

v. 613.

Οἱ ἐπώρνυε, in eum urgebat, ei parabat. v. ἐπόρνυμι. *vel* ύω, concito & paro adversus —.

Μόρσιμον ἦμαρ, fatalem diem.

v. 614.

Ὑπὸ Πηλείδαο βίηφι, sub Pelidæ viribus : *où le fer du fils de Pelée devoit trancher le fil de ses jours.* DAC.

v. 616.

Ἧ δὴ, Quacunque. *pro* ᾗ ὁδῷ, qua via, qua ratione.

Ὅρα, videret.

v. 618.

Ἴσχον, Sustinebant.

Ἀρηρότες, conferti; mutuo nexi.

Ἠΰτε

Ἠΰτε πέτρη, veluti petra] Hæc pars iſtius Libri miris comparationibus luxuriat, ut nihil ſupra non ſolum in poſterum, ſed etiam antea, quod monitum volui, ut ornamenta illa leviter & perfunctorie non prætereantur. SPOND. Vid. etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 105.

v. 620.

Μένει, ſuſtinet.

Λαιψηρὰ κέλευθα, vehementes incurſiones.

v. 621.

Τροφόεις, εντος, bene altus & nutritus, *ideoque* craſſus, pinguis. *h. l.* ingens. a τροφή, ῆς, alimentum.

Προσερεύγεται αὐτὴν, illiduntur *vel* eructant in ipſam. v. προσερεύγω, adructo, cum ructu adflo. 2.) *h. l.* de mari; fluctus adſpergere. ex πρὸς & ἐρεύγω, ructo.

v. 623.

Ἔνθορ' ὁμίλῳ, inſiliit turbæ.

v. 624.

Ὡς ὅτε κῦμα θοῇ] Vid. Hrn. Breitingers Critiſche Dichtkunſt. *Tom. I. p.* 441. *ſq.*

v. 625.

Ὑπαὶ νεφέων, e nubibus.

Ἀνεμοτρεφὲς κῦμα, unda ventis aucta.

Ἡ δέ τε πᾶσα, *navis* autem tota.

v. 626.

Ὑποκρύπτω, operio, cooperio; occulto.

Ἀήτης, ου, ὁ, flatus, ventus. ab ἄω, flo.

v. 627.

Ἱστίῳ ἐμβρέμεται, In velo fremit. ἐμβρέμω, infremo.

v. 628.

Τυτθὸν γὰρ ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται, parvulo enim ſpatio a morte *diſtantes* ſubvehuntur: Βραχὺ γάρ ἐστι τὸ διεῖργον αὐτοὺς τοῦ θανάτου διάστημα· ὅ ἐστι, παρ' ὀλίγον θνήσκουσιν, ἐγγὺς ὄντες τοῦ θανάτου. *Schol.*

v. 630.

Αὐτὰρ ὅγ' — Ἀχαιοὶ — ἐφόβηθεν] De hac elegantiſſima ſpecie conſtructionis, ἀνακολούθῳ, qua ſententia, ab alio inchoata exordio, mutata derepente loquendi ratione, in aliam quaſi inopinato ſyntaxin deſinit, auctoribus optimis,

optimis, tum Græcis, tum Latinis, non inusitata; Vide supra ad *B.* 353. 681. &c. CLARK.

"Ο γ', *Hector.*

v. 631.

Αἵ ῥά τ'] *Quæ, ut fit,* —; *Quæ, ut solitum est.*

v. 632.

Νομεὺς, έως, ὁ, pastor pecuarius. a νομὴ, ῆς, pascuum.

Οὔπω σάφα εἰδὼς, haud recte gnarus.

v. 633.

Ἕλικος βοὸς ἀμφὶ φονῆσιν, nigræ *vel* camuris cornibus bovis circa cædem.] περὶ ἀνῃρημένης βοός· ἢ, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀναιρεθῆναι. Ἕλικος δὲ, ἤτοι μελαίνης, ἢ ἑλικοειδῆ κέρατα ἐχούσης, ἢ τῆς ἐν ἕλει τεθραμμένης. *Schol.*

v. 634.

Πρώτῃσι καὶ ὑστάτῃσι] *Modo primis, modo ultimis.*

Ὑστάτιος, ία, ιον, postremus, ultimus. ab ὕστατος, *idem.*

v. 635.

Ὁμοστιχάω, ῶ, simul procedo, una eo, comitor. ex ὁμοῦ, *adv.* una, simul; & στιχάω, ῶ, ordine eo, vado.

Ὁ, *leo.*

v. 636.

Αἱ δέ τε πᾶσαι ὑπέτρεσαν, ceteræque omnes territæ fugiunt.

v. 637.

Θεσπεσίως, *adv.* divine, divinitus.

Ἐφόβηθεν ὑφ' — in fugam conjecti sunt ab —.

v. 638.

Ὁ, *Hector.*

v. 640.

Ἀγγελίης οἴχνεσκε, Nuncius ibat (*vel* ire solebat) ad —. οἴχνεσκε, imperf. ind. Act. *Jon.* pro ᾤχνεε, v. οἰχνέω, eo, abeo, prodeo, discedo, proficiscor. ab οἴχομαι, *idem.*

v. 641.

Γένετ', genitus erat.

v. 642.

(κατὰ) Παντοίας ἀρετὰς, — Omnigenis virtutibus, —.

v. 643.

Ἐν, inter.

Ἐτέτυκτο, fuit.

v. 644.

v. 644.

Ὅς ῥα] *Qui, ut dixi*, v. 638.

v. 645.

Ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγι πάλτο, in ſcuti extrema ora offendit.

Πάλτο, impactus fuerat. plusq. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐπέπαλτο, v. πάλλω, agito.

v. 646.

Ἕρκος ἀκόντων, munimentum adverſus jacula.

v. 647.

Τῇ ὅγ' ἐνιβλαφθεὶς, Eo hic impeditus. v. ἐνιβλάπτω, *Poët.* pro ἐμβλάπτω, impedio.

v. 649.

Ὀξὺ νόησε, cito animadvertit.

v. 651.

Κτεῖν', Interfecit.

v. 653.

Εἰσωποὶ δ' ἐγένοντο νεῶν, Intra ordines autem receſſerunt navium, *vel* intra naves autem receſſerunt.

Εἰσωπὸς, ȣ̃, ὁ, ante conſpectum aliquid habens. ex εἰς & ὤψ, vultus.

Περὶ δ' ἔσχεθον ἄκραι Νῆες, circumque *eos* ſepſerunt extremæ Naves.

v. 654.

Ὅσαι πρῶται εἰρύατο, quæ propius *a mari* ſubductæ erant.

Τοὶ δ' ἐπέχυντο, hoſtes autem certatim inſequebantur.] Ad naves ruebant *Achivi* fugientes. *Vel;* eos certatim inſequebantur *Trojani.* Pro poſteriori ſententia facit quod ſequitur, Ἀργεῖοι δὲ —. CLARK.

v. 656.

Αὐτȣ̃, ibi, illic. *plene:* ἐπ' αὐτȣ̃ τόπȣ, in iſthoc loco.

v. 657.

Ἐκέδασθεν, diſſipabantur. v. κεδάζω, *pro* σκεδάζω, diſſipo, diſpergo.

Ἴσχε, retinebat.

v. 658.

Ὁμόκλεον ἀλλήλοισι, vociferantes hortabantur invicem.

v. 660.

Λίσσεθ' (*pro* λίσσετο) ὑπὲρ —, obteſtabatur per —.

Γȣνέμενος

Γυνούμενος ἄνδρα ἕκαστον, supplicans viro cuique.

v. 664.

Ἠμὲν ὅτεῳ ζώουσι, καὶ ᾧ καταλεθνήκασι, Sicuti vivunt, & sicuti mortui sunt : *soit que la mort vous les ait ravis ou qu'ils vivent encore.* DAC. ὅτεῳ & ᾧ, *plene :* ἐφ' ὅτεῳ & ᾧ τρόπῳ.

v. 665.

Γουνάζομαι *idem quod* γουνοῦμαι, *v.* 660.

Οὐ παρεόντων] Ce mot *absens* tombe également sur les morts & sur les vivans : & par là Homere fait voir à ces Heros que leurs parens, quoi que morts, sont pourtant les témoins de leurs bonnes & de leurs mauvaises actions, & participeront à leur gloire ou à leur honte. Ce passage est remarquable ; *Demosthene* a bien sû en profiter. DACIER.

v. 666.

Τρωπᾶσθε φόβονδε, vertamini in fugam.

v. 668.

Νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη, nubem caliginis submovit Minerva.] Nempe *Nestoris* prudentia, & præsens consilium, Achivis terrorem nonnihil imminuerat. CLARK. Homere dit ici d'une maniere très Poëtique, que la sagesse du discours de Nestor, ouvrit les yeux aux Grecs, & leur fit voir le petit nombre de Troyens qui les avoient mis en fuite. DAC.

v. 670.

Πρὸς *hic* ex parte.

v. 671.

Ἐφράσσαντο, conspexerunt, viderunt.

v. 676.

Ἰκρίον, ου, τὸ, tabula, tabulatum.

Primitivis Seculis, nominatim circa belli Trojani tempora, de prora & puppi tantum pugnatum fuisse scribit *Thucydides Lib. I.* quamobrem apud *Homerum*, quotiescunque memorantur ἰκρία νηὸς, quæ ejus *Scholiastes* interpretatur *foros*, solummodo intelligendæ sunt illæ partes, quæ illis temporibus solæ tectæ erant. Ut quando *h. l.* de Ajace Græcorum naves a Trojanorum impetu propugnante ait :

Ἀλλ'

Ἀλλ' ὅγε νηῶν ἰκρί' ἐπῴχετο μακρὰ βεβάσθων,

Sed hic navium obibat tabulata excelsa in puppibus longe gradiens.

Et de Ulysse ad pugnam cum Scylla committendam se accingente hæc habet *Odyss. M. v.* 229.

—— εἰς ἰκρία νηὸς ἔβαινε
Πρώρης. — —
—— *in tabulata excelsa navis adscendebat*
Proræ. — —

POTT. *Tom. II. p.* 113.

Μακρὰ βεβάσθων, plene: καὶ τὰ μακρὰ βήματα βιβάσθων. Vid. ad *N.* 809.

v. 677.

Νώμα, Versabat. v. νωμάω, ῶ, *h. l.* moveo, agito, vibro.

v. 678.

Κλῆτρον, ου, τὸ, clavus ferreus, pessulus. a κάλλω.

Δυωκαιεικοσίπηχυς, εος, ὁ, ἡ, *qui* duorum & viginti cubitorum *est.*

v. 679.

Κελητίζω, celere equo vehor, equum desultorium ago. a κέλης, ητος, ὁ, celes, equus desultorius.

v. 680.

"Ὡς"] *Sicuti* fit, *quum* —; vel, *Sicuti* res se habet, *quum*: vel, (quod *hoc in loco* optime congruit,) *Sicuti quum* ostendit se *homo peritus* —, *qui* &c. CLARK.

Πίσυρες, ων, οἱ, αἱ, quatuor. *pro* τέσσαρες.

Συναγείρεται, selegit.

v. 681.

Σεύας, Agitans.

Διώκει, urget, incitat.

v. 682.

Λαοφόρος, ου, ὁ, ἡ, populos ferens; ὁδὸς λαοφόρος, via publica, pervulgata, frequentata. ex λαὸς & φέρω.

Θηήσαντο, admirantes spectant. *Jon.* pro ἐθηήσαντο, v. θηέομαι, cum admiratione specto.

v. 683.

Ἔμπεδον ἀσφαλὲς, firmiter sine lapsu.

v. 684.

Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, alias in alium alternat.

v. 683. 684.

Equis curru junctis certarunt olim complures; meta ligno querno, aut picea, ulnæ altitudine erecto, cui lapides bini utrinque appositi; circa quam qui primus currum flexisset, victoriam obtinebat. *Erant quoque veteribus in usu equi sine curru*, quibus junctis inter currendum *huc illuc alternatim transiliebant*, quod κελητίζειν dixerunt; uti est *h. l.* ubi quatuor ejusmodi equi a viro per viam aguntur:

— — ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται· οἱ δὲ πέτονται.
— — *hic autem firmiter sine lapsu assidue*
Saliens, alius in alium alternat: illi autem volant.

Demetrius apud *Eustath.* ad *h. l.* memoriæ prodidit, se equitem ejusmodi vidisse. *Desultores* Romani vocarunt; sed duobus tantum usi equis, ut est apud *Sextum Pompejum.* Ceterum *Eustathius* censet, hoc κατὰ πρόληψιν ab *Homero* scriptum; siquidem Troïcis temporibus ignoti ejusmodi equites existimantur: quod etiam scribit *Gellius Lib. X. Cap. XVI.* FEITH. *L. IV. C. VI.* §. *III.* add. POTT. *Tom. II. p.* 17.

v. 687.

Σμερδνὸν βοόων, terribiliter clamans.

v. 688.

Ἀμυνέμεν, *cum Dat.* defendere, *seq. Acc.*

v. 690.

Ἀλλ' ὥς' ὀρνίθων] Aptissima utitur comparatione. Nam per aquilam significatur Hector, qui ventosam & in sublimi collocatam Trojam habitabat, aquilarum more, quæ loca etiam ardua incolunt: per aves autem fluviatiles innuit Græcos, qui etiam ad aquas tunc temporis consederant. SPOND.

Αἰετος αἴθων, aquila fulva.

v. 691.

Ἐφορμᾶται, invadit.

v. 693.

Ἶθυσε νεὸς, impetu ferebatur recta in navem —, tendebat ad navem —.

Κυανόπρωρος, ου, ὁ, ἡ, cæruleam *vel* nigram habens proram. a κύανος, ου, color cæruleus; & πρῶρα, ας, ἡ, prora, anterior pars navis.

v. 694.

Ἄντιος ἀΐξας, prorſus *vel* in adverſum prorumpens.

Τὸν δὲ Ζεὺς ὦσεν, eumque Jupiter impellebat.] Non eſt ſuperfluum, quod toties iſta inculcat Poëta de Jovis auxilio erga Trojanos, ut minus ſit mirum, ſi ab illis ita Græci profligentur. Quod & *infra* Hector dicet. SPOND.

v. 696.

Δριμεῖα μάχη, acris *ſeu* vehemens pugna.

Ἐτύχθη, facta *vel* commiſſa eſt.

v. 697.

Φαίης κ' ἀκμῆτας] Vide *Dion. Longini de Sublimit. Comment.* (Ed. Amſtel. 1733) *p.* 98. *ſq.* §. *XXVI.* & Hrn. Breitingers Critiſche Dichtkunſt. *Tom. II. p.* 390.

v. 698.

Ἄντομαι, occurro, obvius fio.

Ὡς ἐσσυμένως ἐμάχοντο, tanto cum impetu pugnabant.

v. 699.

Τοῖσι δὲ μαρναμένοισιν] Avec quelle adreſſe Homere releve la gloire des Grecs, lors même qu'il les repréſente vaincus! Il n'eſt pas étonnant que les Troyens, qui ſe voient appuyez de Jupiter, combattent avec courage, mais que les Grecs, qui n' attendent que la mort, ne ſe découragent point, voilà le dernier effort de la vertu. DAC.

v. 700.

Ἔφασαν φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ, putabant *ſe* evaſuros e clade.

v. 703.

Τὰ φρονέοντες, hæc cogitantes, his animis.

Ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν, inſtabant ſibi invicem.

v. 705.

Ὠκύαλος, ου, ὁ, ἡ, velox in mari, velociter per mare currens. ex ὠκὺς & ἅλς, mare.

Ἐνείκεν, advexerat.

v. 708.

Δῄουν, Occidebant.

v. 709.

v. 709.

'Αἴκη, ης, ἡ, motus alicujus, qui irruit. 2.) motus violentus quivis, impetus. ab ἀίσσω, ruo.

'Αμφὶς μένον, eminus expectabant.

v. 711.

Πέλεκυς, *securis*, ἀξίνη, *bipenni*, (*Il. N.* 612.) non absimilis erat, imo *h. l.* cum illa confunditur. POTT. *Tom. II p.* 34. add. *Cel.* JO. ALBERTI *Observ. Philol. in N. T. ad Matth. III.* 10.

Δὴ] *omnino.*

v 713.

Μελάνδετα] *Nigris manubriis inditi.* Male Barnesius, *nigris illigati vaginis.* Quod hic minus convenit CLARK. Μελανδετον ξίφος dixit exemplo *Homeri Euripides* Phœniss. 1098. ubi Schol. interpretatur μέλαιναν λαβὴν ἔχον, κερατίνην, ἢ σιδηρᾶν, *nigrum manubrium e cornu vel ferro*, quod *nigrum* a Poëtis vocatur. ERN.

Κωπήεις, ηεσσα, ηεν, manubrium *seu* capulum (magnum) habens. a κώπη, ης, ἡ, remus: manubrium.

v. 716.

Πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, puppim *navis* postquam prehenderat.

Πρύμνηθεν, *adv.* a puppi.

Μεθίει, dimittebat.

v. 717.

Ἄφλαστον, ου, τὸ, summa puppis pars. ex α priv. & φλαστὸς, ἡ, ὸν, qui contundi *seu* conteri potest. *quod* a φλάω, ῶ, contundo, contero, frango, rumpo.

v. 719.

Νῦν ἡμῖν πάντων Ζεὺς ἄξιον ἦμαρ ἔδωκε,

Nunc nobis omnium Jupiter instar diem dedit.

Νῦν, ἀντὶ τοῦ, πάντων τῶν τολμηθέντων εἰς ἡμᾶς ἀξίαν ἀμοιβὴν παρέχειν ἡμῖν ὁ Ζεὺς πρὸς τὸ ἑλεῖν τὰς ναῦς. Schol. *Voici enfin l'heureux jour que Jupiter nous accorde, & qui va nous dédommager de toutes nos pertes.* DAC.

v. 720.

Θεῶν ἀέκητι, Diis invitis.

v. 721.

Θῖσαν, intulerunt.

Κακότητι γερόντων, ignavia feniorum.

v. 723.

Ἰσχανάασκον, detinebant. v. ἰσχανάω, ῶ, inhibeo, retineo. ab ἴσχω, habeo.

Ἐρητύοντο, inhibebant.

v. 724.

Ἀλλ' εἰ δή ῥα] *At si, tum revera.*

v. 727.

Ἔμιμνε, fuftinebat.

Βιάζετο, obruebatur.

v. 729.

Θρῆνυς, υος, ὁ, fcabellum pedum. *h. l.* tranftrum.

Ἑπταπόδης, ου, ὁ, feptempedalis. ex ἑπτὰ & πῦς.

v. 730.

Ἔνθ' ἄρ] *Ibi, inquam.*

Δεδοκημένος, obfervans. v. δοκάω, *vel* δοκάζω, obfervo, exfpecto.

v. 735.

Φαμὲν, putamus.

v. 736.

Τεῖχος ἄρειον, murum firmiorem. ἀρείων, ονος, ὁ, ἡ, melior.

v. 737.

Ὄπις, ιδος, ἡ, ultio, vindicta divina. 2.) cura, conſideratio, reſpectus.

v. 287.—

Οἱ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, Θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες·
Τῶν δέ τε πάντες μὲν ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες, κ. τ. λ.

Qui per vim in foro obliquas pronunciant ſententias,
Juſtitiam autem expellunt, Deorum iram non curantes.
Horumque omnes quidem fluvii inundant fluentes, &c.

Docet Poëta, nullum eſſe diſcendi inopportunum locum. Nam cum hanc comparationem ad alium finem inſtituiſſet, tamen, ut moris ipſi eſt, interſerit documenta quædam ad juſtitiæ adminiſtrationem perneceſſaria, ut qui illius curam gerunt, ad officium probe faciendum magis ac magis incitentur, cum intellexerint, iniquos & pravos illius

illius administratores sic a Deo vindicari. Magni *porro* interest, probos & incorruptos Judices in Rebuspubl. præfici, cum earum salus ex recta illorum administratione pendeat. Solet enim Deus Principum & Magistratuum causa in reliquum populum sævire: quod injustum non est, cum eorum etiam scelerum particeps populus censeatur, qui illa non prohibeat, pluris æstimans homines, quam Deum. τὰ τῶν ἀρχόντων κακὰ, συμφορὰ τοῖς ἀρχομένοις γίνεται· inquit sapiens Hebræus Audiant ergo illi loquentem etiam Deum: ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν. & *item*: Κρίνατε πρωὶ, καὶ κατευθύνατε καὶ ἐξέλεσθε διηρπασμένον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος αὐτὸν, ὅπως μὴ ἀναφθῇ ὡς πῦρ ἡ ὀργή μου, καὶ καυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσαι ὁ σβέσων. & sexcenta ejusmodi in Sacris Paginis. Quod autem aquarum inundatione sic istas ἀδικίας Deus ulciscatur, novum non est. Testis illa generalis aquarum congeries, qua ipse olim totum orbem obruit. SPOND.

v. 390.

Κλιτὺς, ύος, ἡ, vallis, declivitas, devexitas montis. a κλίνω, inclino.

Ἀποτμήγω, abscindo. ex ἀπὸ & τμήγω, seco, scindo.

v. 391.

Μεγάλα, valde.

Στενάχω *h. l.* strepo.

v. 392.

Κὰρ, *pro* κάρα, caput. ἐπὶ κὰρ, in caput, præceps.

Μινύθει δέ τε ἔργ' ἀνθρώπων, corrumpunturque opera hominum.

v. 394.

Ἐπεὶ οὖν] Non hic supervacuum est istud οὖν. Eam enim fere vim habet ἐπεὶ οὖν, ac si latine dicas: *Postquam, ut dixi*; vel *Postquam, eo modo quo dixi.* CLARK

Ἐπέκερσε, interceperat: intercidisset. v. ἐπικείρω, præcido.

v. 395.

Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετὲς, οὐδὲ πόληος Εἴα ἱεμένους ἐπιβαινέμεν, Rursus ad naves coërcitos egit retrorsum, neque ad urbem Sinebat cupientes ascendere.] *Spondanus*, & *Eustathius*, & *Domina Dacier*, hæc de *Græcis* accipiunt;

 quasi

quasi *Patroclus* nimirum partim, etsi non plane, monitorum Achillis meminisset; suosque proinde, ne *Trojanos* ulterius insequerentur, urbemque aggrederentur, cohibuisset. Cum vero ἔεργε de hostibus proprie dicatur, vocesque ἐπίκεργε & κλεῖνε ad *Trojanos* plane respiciant, nec ulla hic Græcorum fiat mentio; istud, Ἂψ ἐπὶ νῆας ἔεργε, &c. de *Trojanis* potius a *Patroclo*, ne in urbem se reciperent, interclusis dictum crediderim. CLARK

Παλιμπετὲς, *adv.* retrorsum, retro, iterum. a παλιμπετὴς, έος, ὁ, ἡ, retro relapsus, retrogradus. *quod* ex πάλιν & πίπτω, *tanquam* a πέτω.

v. 398.

Μεταΐσσω, rapide *vel* cum impetu insequor, irruo. ex μετὰ & ἀΐσσω, ruo, irruo.

Ἀπετίνυτο ποινὴν, exigebat ultionem.

Ἀποτίνυμαι, pœnas sumo. ex ἀπὸ & τίνυμι, luo, solvo: punio, pœnas exposco.

v. 401.

Ὁ δὲ, *Patroclus* autem.

v. 403.

Ἀλεὶς, contractus; se contorquens. part. præf. v. ἄλημι, contorqueo me & conglobo. ἀλεὶς vero volunt esse aor. 2. part. Pass. v. ἁλίσκω, capio.

Ἐκ-πλήγη φρένας, perculsus erat animo.] ἀντὶ τῦ, ἐξεπλάγη.

Ἐκ δ' ἄρα χειρῶν] *Adeoque e manibus* —.

v. 404.

Ἠΐχθησαν, defluxerant. ἠΐχθη, Γ. 368.

Ὁ δ', *Patroclus* autem *eum.*

v. 406.

Δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ — *eum* hasta levatum super —.

v. 407.

Ἱερὸς *h. l.* magnus, in suo genere præstans. ἱερὸν ἰχθὺν, magnum piscem. Δ. 194. ἱερὸν κνέφας, magna caligo.] Le Grec dit, *un poisson sacré*, & les Anciens ont fort disputé sur cette épithete. Pour moi je suis de l'avis de ceux qui croyent que *sacré* ne signifie ici que *gros*, car il y a beaucoup de passages qui prouvent que les Anciens ont employé les termes de *sacré* & de *divin* pour marquer seulement la grandeur. DAC.

v. 408.

v. 408.

Ἦνοψ, οπος, ὁ, ἡ, sonorus, vocalis. 2.) h. l. perspicuus, lucidus, splendidus. ab ὄψ, vox: vel ὤψ, oculus.

v. 409.

Κεχηνὼς, hians. a κέχηνα, præt. Med. v. χαίνω.

v. 410.

Καδδ' ἄῤ ἐπὶ στόμ' ἔωσε, Inque os *demum* excussit.

Καδδ' - ἔωσε, v. καταωθέω, ῶ, detrudo, depello, dejicio.

v. 412.

Μέσσην κακκεφαλὴν, Medio in capite.

Ἄνδιχα, in duas partes, divisim. ex ἀνὰ & δίχα, seorsum.

Κεάσθη, diffissum est. v. κεάζω, findo, scindo.

v. 418.

Ἐπασσυτέρους πέλασσε — alium super alium dejecit in —

v. 419.

Ἀμιτροχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, spoliatus mitra ac tunica, spoliatus, humi jacens: ἄνευ μίτρας καὶ χιτῶνος, sine balteo, mitra, & tunica. ex α pr. & μιτροχίτων, mitra tunicam cingens.

Ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους, discinctos socios, armis spoliatos socios.] Vocem ἀμιτροχίτωνας ita explicat *Domina Dacier: des gens, qui ont quitté leur cuirasse pour mieux fuir.* Mihi vero non de iis, qui arma abjecerant, sed de gentis istius habitu singulari dicta videtur; ut ἑλκεσιπέπλους, λινοθώρηξ, &c. CLARK.

v. 420.

Χέρσ' ὑπὸ, Manibus.

v. 421.

Καθαπτόμενος, increpans.] ἐπιπλήσσων, ὀνειδίζων. *Schol.*

v. 422.

Πόσε, quo? quem in locum?

Νῦν θοοὶ ἐστέ.] Sententia hæc duplici modo accipi potest: Vel, ut *Lycios* ad fortiter se gerendos adhortetur *Sarpedon: Jam acres estote!* Vel, ut eorum ignaviam increpet, quod in pugna segnes essent, in fuga celeres: *Jam celeres estis.* Atque ita *Eustathius:* Ὀνειδίζει δὲ ὁ λόγος, τοὺς ἀνδρίζεσθαι μὲν βραδεῖς, ὀξυκινήτους δὲ φεύγειν. CLARK. Hoc sensu, qui sane melior, interrogative capienda sunt hæc verba. Schol. autem MS. Lips. priori sensu accipit. ERN.

v. 427.

Ἔκθορε δίφρου, desiliit de curru.

v. 428.

Αἰγυπιοὶ — κλάζοντε] *Duo* scilicet *vultures.*

Γαμψώνυξ, χος, *vel* γαμψώνυχος, ου, ὁ, ἡ, cui curvi sunt ungues, unguibus aduncis. a γαμψὸς, ἡ, ὸν, incurvus, inflexus, aduncus: & ὄνυξ, χος, ὁ, unguis, ungula.

Ἀγκυλοχείλης, ου, ὁ, curva habens labra, curvum habens rostrum. ex ἀγκύλος, η, ον, curvus, aduncus: & χεῖλος, labrum.

v. 429.

Μεγάλα κλάζοντε, ingentem clangorem edentes.

Κλαζω, clamo, vociferor, clango, strido.

v. 430.

Κεκλήγοντες, clamantes. v. κεκλήγω, clamo, clango, fremo. a κλάζω.

v. 434.

Μοῖρ', fatale, *vel* in fatis (*sit.*)

v. 435.

Διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε, in duas autem partes mihi cor fertur, bifariam autem animus mihi fertur.

Μέμονε]. διανοεῖται. *Schol.* μέμονα, *E.* 482.

Φρεσὶν ὁρμαίνοντι, in præcordiis versanti.

v. 436.

Ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης Θείω ἀναρπάξας, Utrumne ipsum vivum pugna e lacrymosa Ponam abreptum,] *Homerus querentem Jovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset.* Cic. de Divinat. Lib. 2. At non hic *querentem* inducit Jovem, quod filium a morte liberare *nequeat*; sed *dubitantem*, an hoc ipsum facere *oporteat* contra fatum. Ut recte observavit *Victorius*, *Var. Lect. Lib.* 34. *cap.* 24. CLARK.

v. 437.

Ἐνὶ πίονι δήμῳ] ἐν πολλῷ καὶ εὐδαίμονι δήμῳ. *Schol.*

v. 442.

Θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι, a morte tristi liberare.

Ἐξαναλύω, eripio, libero.

v. 443.

Ἕρδ', Fac.

Ἐπαινέομεν, assentiemur, approbabimus.

v. 447.

Πέμπειν, abducendum *vel* educendum curare.

v. 450.

Ὀλοφύρεται, *vicem ejus* miseratur.

v. 453.

Αἰὼν, vita. Vid. Δ. 478. & E. 685.

v. 454.

Πέμπειν μιν Θάνατόν τε φέρειν, κ. τ. λ. Mitte eum ut Mors ferat, &c. *Ordonnez à la Mort & au Sommeil de le porter en Lycie*,] Comment la Mort & le Sommeil porteront-ils Sarpedon? Homere n'a fait cette image que pour faire entendre que Sarpedon sera si bien enbaumé, que dans le lit, sur lequel on le portera, il paroîtra plûtôt un homme endormi qu'un homme mort. D'ailleurs il joint ici le Sommeil à la Mort pour faire entendre que la mort n'est qu'un sommeil & un repos qui mene à une autre vie. Et cette idée me paroît fort belle en ce sens-là. DAC.

v. 459.

Αἱματόεσσας δὲ ψιάδας κ. τ. λ. *Mais en même temps il fit tomber sur la terre une pluye de sang*,] Homere a connu que le fils de Jupiter mourant, toute la Nature devoit souffrir, & que des larmes de sang devoient pleurer cette mort. Ce miracle est vraisemblable pour Sarpedon qui étoit le seul fils de Jupiter qui fût dans les deux armées. EAD. Portentum, *pluvia sanguinea*, ut supra Λ. 53. CLARK.

Ψιὰς, άδος, ἡ, roris gutta, stilla minuta & exilis. αἱματοέσσας ψιάδας, stillas sanguineas, guttas cruentas.

v. 460.

Ἔμελλε φθίσειν, Erat interemturus.

v. 465.

Τὸν βάλε, Hunc (*inquam*) percussit.

Νείαιραν] Scribendum νειαίρην, quæ est forma Jonica, qua utitur Homerus aliis locis. ERN. Vid. ad E. 539.

v. 466.

Αὐτοῦ — ἀπήμβροτε, ab illo (*Patroclo*) aberravit. v. ἀπαμβρότω, aberro.

v. 468.

Θυμὸν ἄϊσθων] Non *animam exſpirans*, quod poſt factum *v.* 502. *ſeq.* ſed *graviter anhelans.* ERN.

v. 469.

Μακὼν, ejulans, vociferatus. aor. 2. part. Act. v. μηκάω, *vel* μηκέω, hinnio, balo. *Vel*, in longum protenſus. a μῆκος, longitudo.

Ἀπὸ δ' ἔπταλο θυμός, avolavitque anima.

v. 470.

Τὼ δὲ διαςήτην; Duo autem *reliqui equi* diſſultabant. διαςήτην vid. ad *A* 6

Κρίγε, crepuit, ſtridorem edidit. aor. 2. ind. Act. *Jon.* pro ἔκριγε, v. κρίζω, ſtrido, ſtridorem edo.

v. 472.

Τοῖο μὲν — *Ac* hujus rei quidem —

v. 474.

Μαλάω, ῶ, vane tempus tero, fruſtra laboro, ſegniter ago. a μάτην, *adv.* fruſtra, in caſſum.

v. 475.

Τὼ δ' ἰθυνθήτην, Itaque *bini equi iterum* apte compoſiti ſtabant.

Ῥυτὴρ, ῆρος, ὁ, retinaculum, habena, qua equus huc & illuc trahitur. a ῥύω, traho.

Τάνυσθεν, directi erant.

v. 476.

Τὼ δ', Illi vero. (*Patroclus & Sarpedon.*)

Ἔριδος πέρι θυμοβόροιο, pugna in exitioſa. Vid. ad *H.* 210. & 301.

v. 481.

Φρένες ἔρχαται] καθείργνυνται. *Euſtath.* Nempe ab ἐέργω, non ab ἔρχομαι, deducitur ἔρχαται; ut recte hic annotavit *Barneſius.* CLARK. præcordia complectuntur, concluſa ſunt —. ἔρχαται, *Jon.* pro ἐεργμένοι εἰσί. 3. plur. perf. ind. Paſſ. v. ἐέργω, arceo.

v. 482.

Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις — πίτυς] Vid. ſupra ad *N.* 389. nec non Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 148.

v. 483.

Τήν τ'] *Quam ſcilicet.*

v. 487.

Ἔπεφνε, interficit.

v. 488.

Ἐν εἰλιπόδεσσι] *Varos inter tauros.* Vid. ad Z. 424.

v. 489.

Ὤλετο, Perit.

v. 491.

Κτεινόμενος] *Quum interficeretur.* CLARK. Immo *percussus*, vel *cæsus.* ERN.

Μενέαινε, indignante anima gemebat.

Ὀνόμηνεν, nomine vocabat: ἐξ ὀνόματος ἐκάλεσεν. *Schol.*

v. 492.

Πέπον, chariſſime.

v. 494.

Νῦν τοι ἐελδέσθω, Nunc tibi cordi ſit.

Πόλεμος κακὸς, pugna gravis.

Θοὸς, *h. l.* ſtrenuus, prælio impiger. *propr.* celer, agilis.

v. 496.

Ἀμφιμάχομαί τινος, pro aliquo pugno.

v. 497.

Ἐμεῦ πέρι μάρναο, pro me pugnes.

v. 498.

Κατηφείη, pudor. Γ. 51.

v. 500.

Νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα] Vituperat hic Homerum *Terraſſonus*, quod *Sarpedoném*, etſi longe a navibus abſentem, tamen *medias ſe inter naves occidiſſe* dicentem introducat. *Diſſert. ſur l' Iliade, Part. IV. cap.* 6. Verum, ut opinor, νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα utrobique non eſt, *medias inter naves*, ſed *in certamine de navibus*, *ſtratum.* Atque ita hic accipit *Domina Dacier*: „Il me paroît que — νεῶν ἐν ἀγῶνι peut ſignifier fort naturellement, *à l'attaque des vaiſſeaux.*„ Alteram tamen explicandi rationem ſequitur *Euſtathius.* — CLARK. Contorta eſt Euſtathii ratio. Tolerabilior Daceriana. MS. Lipſ. habet, quod mihi olim in mentem venit, νέων. *Juvenes* Latinis ſunt milites, & apud Homerum αἰζηοὶ, Δ. 280. & alibi. ERN. Conf. O. 428.

v. 501.

Ἔχεο καρτερῶς, capeſſe *pugnam* ſtrenue.

v. 502.

Τέλος θανάτοιο κάλυψεν 'Οφθαλμὺς, ῥῖνάς θ'] 'Ο δὲ θάνατος αὐτὸν ἔλαβε τὺς τε ὀφθαλμὺς καὶ τὰς ῥῖνας· ἐπεὶ οἱ τελευτῶντες ὐ βλέπυσιν, ὔτε ἀναπνέυσιν, ὔτε φρένας ἔχυσι. *Schol.*

v. 506.

'Αὐτῦ *hic* illic.

Σχέθον, detinuerunt.

v. 507.

'Ανάκτων, dominorum *suorum.*

v. 508.

Φθογγῆς ἀίοντι, vocem *amici* audienti.

v. 510.

Πιέζω, prehendo, premo, ſtringo, ſtringendo premo.

Τεῖρε, affligebat *eum.*

v. 511.

Βάλεν ἰῷ, inflixerat ſagitta.

v. 512.

Τείχεὸς — ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων, E muro — malum a ſociis propulſans.

v. 515.

'Εις, Es.

— Δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκύειν·

— Potes autem tu undecunque auſcultare.

Homere avoit connu cette vérité que Dieu peut entendre de loin comme de près ceux qui l'invoquent; il eſt par tout & il remplit tout. DAC. Nihil refert, *inquit*, meo quidem reſpectu, Apollo, ubi nunc moreris: quia quocunque in loco fueris, ſcio, Deum, qualis tu es, omnia exaudire poſſe, non ſolum propinquum; (eſſes tu autem mihi proximus, ſi Trojæ eſſes,) ſed etiam remotum, quod tu fores, ſi Lyciorum oræ te detinerent. Audis ergo meos luctus, quorum commiſeratione oro te, ut hunc Sarpedonem vulneratum, quandoquidem pater illius Jupiter curam filii abjecit, tu pro medendi facultate, cujus tu princeps & auctor es, ſanare digneris. Neque ſufficit, da præterea tantum roboris mihi, ut ejus mortem ulciſci poſſim. SPOND.

'Ακύειν 'Ανέρι κηδομένῳ, audire virum dolentem. N. Hom. *h. l.* ἀκύω cum Dativo junxit.

v. 518.

v. 518.

Ἐλήλαται, transfixa est. perf. ind. Pass. *Attic.* pro ἤλαται, v. ἐλαύνω, agito, impello.

v. 519.

Τερσῆναι, Siccari. v. τερσαίνω, arefacio, ficco. a τέρσω, *idem.*

Βαρύθω, gravor, premor. a βαρὺς, gravis.

v. 520.

Σχεῖν ἔμπεδον, sustinere firmiter.

v. 521.

Ἐλθὼν δυσμενέεσσιν, Congressus cum hostibus.

v. 522.

Ἀμύνει, opem fert.

v. 523.

Ἄκεσσαι, sana. v. ἀκέομαι, ὑμαι, sano, medeor.

v. 526.

Ἀμφὶ, de.

Νέκυϊ καταλεθνειῶτι, cadavere mortuo.] Non esse hoc ταυτολόγον, ex Scriptoribus Tragicis liquet, quorum locutio sermoni propior est: Ου μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς. *Sophocl. Antig.* 525. CLARK.

v. 528.

Παῦσ', sedavit.

v. 531.

Ὁι — ἤκουσε — εὐξαμένοιο, se — exaudiverat — precantem.

v. 540.

Ἀποφθινύθω *h. l.* perdo, deperdo.

v. 542.

Ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ.

Qui Lyciam tuebatur jusque dicendo & virtute sua.

Voilà un éloge digne d'un fils de Jupiter, & par là Homere fait entendre que c'est l'éloge que doivent meriter les Rois. Ils ne peuvent rendre leurs états florissans & les conserver que par la valeur & par la justice. Par la valeur ils répoussent leurs ennemis, & par la justice ils protegent leurs sujets. DAC.

v. 544.

Πάρστητε, adeste.

v. 545.

Ἀεικίζω, indecore ago, indecenter aliquem tracto, indignis

dignis modis accipio. 2.) contumelia adficio. ab ἀεικὴς, έος, ὁ, ἡ, non conſentaneus, indecens, indecorus.

v. 546.

Δαναῶν κεχολωμένοι, de Danais, *vel* ob Græcos irati.

v. 548.

Καϊακρῆθεν, *ſive* καϊάκρηθεν, *adv.* a capite; in totum, penitus, prorſus, vehementer, funditus. a καϊάκρας, *adv.* Ion. καϊάκρης, *pro* καϊ' ἄκρας & καϊ' ἄκρης, quaſi a ſummo, ſcil. ad imum. *i. e.* in totum, penitus. ab ἄκρα, ſumma, arx. *vel* a κάρα, *ſive* κάρη, caput. Aliqui καϊάκρας *pro* καϊὰ κράτος, *i. e.* vi, per vim.

Λάβε, occupavit.

v. 549.

Ἄσχετος, ου, ὁ, ἡ, intolerabilis. 2.) qui cohiberi nequit. ex α pr. & σχέω, *pro* ἔχω.

v. 551.

Ἐν δ', inter quas.

v. 552.

Ἰθὺς Δαναῶν, recta in Danaos.

Λελιημένοι, ardentes. Vid. ad Δ. 465.

Ἦρχε δ' ἄρα] *Præibatque, ut ſolitus eſt.*

v. 553.

Χωόμενος Σαρπηδόνος, iratus de Sarped. *vel* ob Sarped.

v. 554.

Ὦρσε, Concitabat *ad certamen.*

Λάσιος, ου, ὁ, ἡ, hirſutus, piloſus. *Etiam dicitur de* homine; *& quia hirſutum eſſe* virilitatis & animoſitatis *ſignum eſſe putatur*, cor *etiam* λάσιον *appellatur, i. e.* animoſum, virile. Λάσιον κῆρ] συνελὴ ψυχή. Περίφρασις, ὁ τρόπος. *Schol.*

v. 556.

Ἀμύνεσθαι, hoſtes propulſare.

Φίλον ἔςω, cordi ſit.

v. 557.

Ἀρείους, ὅ ἐςιν, ἀρείονες, fortiores.

v. 559.

Εἰ, o ſi!

v. 561.

Ἀμυνομένων, *nos* propulſantium.

v. 565.

v. 565.

Maxima olim *contentio inter milites fuit, ut cadavera sociorum hostibus præriperent* : ut liquet *h. l.* ex Sarpedone, & Patroclo *Il. XVII. v.* 120. *&* 256. *sqq.* quos hinc Trojani, illinc Græci auferre conati non sine magna cæde. Quod etiam a Persis & Græcis factum cæso Masistio apud *Herodotum*, *Calliop.* f. *Lib. IX. c.* 25. FEITH. *L. IV. C. XV. §. III.*

v. 567.

Ζεὺς δ' ἐπὶ νύκτ' ὀλοὴν τάνυσε — Jupiter vero noctem perniciosam extendit super] Homere appelle ici *nuit*, les tourbillons de poussiére épaisse qui s'élevent de dessous les pieds des combattans & qui les empêchent souvent de se reconnoître. Voilà comme la belle poësie fait convertir les choses les plus naturelles en miracles ; ces deux armées sont ensevelies dans la poussiére autour du corps de Sarpedon, c'est Jupiter qui verse sur elles une nuit obscure pour rendre le combat plus sanglant, & pour honorer les funerailles de son fils par un plus grand nombre de victimes. DAC. Non abjecit curam filii Jupiter, ut nuper autumabat falso Glaucus, cum *hoc loco* immissa nocte, *i. e.* aëris densitate & caligine quadam ex pulvere concitata Græcis quasi tenebras offundat, ne ad Sarpedonis cadaver possint accedere. SPOND.

v. 568.

Ὄφρα, Ut.
Περὶ, de.

v. 569.

Ὦσαν, Moverunt loco : repulerunt.

v. 570.

Κάκιστος, ignavissimus.

v. 572.

Βεδείῳ] Βέδειον, πόλις Θεσσαλίας. *Schol.*

v. 573.

Ἐσθλὸς, strenuus.

v. 574.

Ἱκετεύω, venio supplex, supplico, supplex oro. ab ἱκέτης, ου, ὁ, supplex, qui humiliter & more servili aliquid orat.

Ἐς

'Ες Πηλῆ' ἱκέτευσε] Est exquiſitum genus dicendi pro ἦλθε πρὸς Πηλῆα ἱκετεύσων, *ad Pelea venit ſupplicatum.* quod genus egregie illuſtravit Cel. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 456. ERN.

v. 575.

Πέμπον ἕπεσθαι, miſerunt comitem.

v. 577.

Τόν ῥα] *Hunc, inquam.*

'Απτόμενον νέκυος, manum injicientem cadaveri.

v. 579.

"Αρα] *Ut ex tali vulnere neceſſe erat.* CLARK.

v. 581.

Φθιμένε ἑτάροιο, de interfecto ſocio.

v. 582.

"Ιθυσεν, Recta prorupit.

v. 583.

'Εφόβησε, fugatos perſequitur.

Κολοιὸς, ȣ, ὁ, graculus, monedula.

Ψὴρ, ρὸς, ἡ, ſturnus: *avis variis diſtincta maculis.* a ψαίρω, rado, frico, tergo, abſtergo.

v. 585.

"Εσσυο, Ruiſti in —.

'Ετάροιο, ob ſocium, de ſocio.

v. 587.

'Ρῆξεν - ἀπὸ, abrupit. Τοῖο, ejus.

v. 589.

'Ριπὴ *h. l.* jactus teli miſſi.

Ταναὸς, ȣ, ὁ, ἡ, & ταναὸς, ἡ, ὀν, protentus, extentus, promiſſus, longus. a τανύω, *idem quod* τείνω.

Τέτυκται, eſt *vel* habetur.

v. 590.

'Αφέῃ, emiſerit. aor. 2. ſubj. Act. *Jon.* pro ἀφῇ, v. ἀφίημι.

Πειρώμενος ἢ ἐν ἀέθλῳ, 'Ηὲ καὶ ἐν πολέμῳ, connixus vel in certamine ludi, Vel etiam in pugna: *dans un combat de barriere ou dans un véritable combat.* DAC.

v. 591.

'Υπὸ *hic* propter.

v. 594.

'Ετράπετ'] Obſervandus hic maxime proprius *Vocis Mediæ* uſus:

usus: *Convertit se.* Vide supra ad *A.* 199. & ad Γ. 141. CLARK.

v. 595.

Ἑλλάδι, in Hellade.

v. 596.

Ὄλβος, ου, ὁ, beatitudo, felicitas. 2.) fortunæ, opes, divitiæ, opulentia.

Μετέπρεπε — excellebat inter —. Vid. ad *B.* 481.

v. 600.

Κεχάροντο, gavisi sunt. *Jon.* & *Poët.* pro ἐχάροντο. Poëtæ enim etiam Perfecti augmentum Aoristis secundis tribuunt.

v. 602.

Ἐξελάθοντο, obliti sunt.

Ἰθὺς - αὐτῶν, recta - in eos.

v. 605.

Τίετο δήμῳ, honorabatur a populo.

v. 609.

Τεύξεσθαι, *se* assecuturum.

v. 611.

Πρόσσω, in anteriorem partem.

Καταχύπτω, inclino me. 2.) deorsum adspicio.

v. 612.

Ἐνισκίμπτω, infigo. ex ἐν & σκίμπτω, nitor, innitor, incumbo.

Πελεμίχθη] Non *quassabatur*, sed *contremuit.* Ita hunc motum seu hanc vibrationem exprimit *Virgilius.* ERN.

v. 615.

Ἐπεί ῥ'] *Quippe, ut dictum est,* — *v.* 610. CLARK.

v. 617.

Μηριόνη, τάχα κέν σε, καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα, Merione, cito certe te, saltatorem quantumvis *egregium,*] Bene Scholiastæ admonent, saltationem, quæ *pyrrhicha* diceretur, innui, quæ prodesset militiæ. ERN.

Apertissime olim *sine pila saltabant juvenes virginesque manu junctæ*, in choro illo, qui Dædali illius apud Cnossum exemplo descriptus est in *clypeo Achillis. Iliad. XVIII. v.* 590. *sqq.* Observat vero hic *Eustathius*, vulgo censeri apud plerosque, antiquitus morem fuisse, ut viri ac mulieres seorsum choreas agitarent; primum eos, qui cum Theseo fuerunt

fuerunt servati, septem adolescentes, totidemque puellas ἀναμὶξ, *promiscue*, saltasse, duce ac præceptore Dædalo. *Dionysius* vero *Halicarnasseus Lib. VII. Antiquit. Rom.* etiam notat *priscum Græciæ ritum, ut juvenis saltaret cum armis, quem πυῤῥίχην dixerunt.* Nam in hac saltatione *aureos gestabant enses, ex argenteis fasciis dependentes:* οἱ δὲ μαχαίρας εἶχον χρυσείας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων. Hoc nimirum Cretensibus erat patrium, ut testatur *Nicolaus* apud *Stobæum, Serm. CXLV. de Legib. & Consuet.* Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ, — — καὶ τὴν ἐνόπλιον Πυῤῥίχην ἐκπονοῦντες, ἥν τινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης Κρὴς τὸ γένος. *Cretensium autem filii una congregari solent, & Pyrrichen in armis saltant: quam Pyrrichus Cydoniates natione Cretensis primum invenisse dicitur.* Ita quoque *Scholiastes Homeri* ad *h. l.* Ἐπυῤῥίχιζον γὰρ τοῖς ὅπλοις οἱ Κρῆτες πρὸς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν. *In armis enim Cretensium pueri pyrrichen saltabant, ut ad bellum exercerentur.* FEITH. *L. IV. C. V.* §. *IV.* Conf. FABRICII *Bibliogr. Antiq. Cap. XXII.* §. *IX.* Samml. verm. Schr. zur Beförd. der sch. Wissenschaften ꝛc. *Tom. I. p.* 179. *sqq.* & 314. *sqq.* item *Tom. II. p.* 32. *sqq.* & 221. *sqq.* des Hrn. Cahüsac historische Abhandl. v. der alten u. neuen Tanzkunst. nec non *ibid. Tom. I. p.* 383. *sqq.* Lucian vom Tanzen der Alten. aus dem Griechis. übersetzt.

v. 618.

Κατέπαυσε, compescuisset.
Εἰ σ' ἔβαλόν περ, si quidem te percussissem.

v. 620.

Χαλεπὸν, arduum *est.*

v. 621.

Σβέσσαι μένος] *καθελεῖν τὴν δύναμιν, κτεῖναι. Schol.*
Σεῦ ἄντα, te contra.

v. 622.

Τέτυξαι, es.

v. 623.

Βάλοιμι τυχὼν, percussero assecutus.

v. 626.

Ἐνένιπτε, objurgavit. *Attica reduplicat.* pro ἤνιπτε, v. ἐνίπτω, *idem quod* ἐνίπω, dico: increpo, objurgo.

v. 628.

v. 628.

Πέπον, amice.

v. 629.

Νεκρῦ χωρήσυσι, A cadavere cedent.
Πάρος τινὰ γαῖα καθέξει, antequam aliquem terra tenebit.

v. 630.

Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμυ, ἐπέων δ' ἐνὶ βυλῇ·
Τῷ, ὔτι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι.
In manibus enim finis pugnæ, verborum autem *finis* in concilio:
Quapropter haudquaquam oportet verba multiplicare, sed pugnare.

Les conseils veulent des paroles, & la guerre demande des actions; il n'est donc pas ici question de parler, mais d'agir. DAC. Τέλος πολέμυ non est *finis belli*, sed *summa belli*, i. e. quod maxime valet in bello, in quo belli bene gerendi ratio maxime inest. In altero membro debebat esse, βυλῆς δὲ ἐν ἔπεσι, sed Poëta convertit orationem, ut solet facere, imitantibus certatim aliis, præsertim Historicis, in his Thucydide. Itaque non opus est intelligi χρείαν in ἐπέων, ut vult Gl. MS. Lipf. ERN.

v. 633.

Ὄρωρεν, exoritur.

v. 634.

Γίνετ' ἀκυή, auditur. ἀκυή, ῆς, auditio, auditus.

v. 635.

Ὣς τῶν ὤρνυτο δῦπος, Sic horum excitabatur strepitus,] Sic horribiles fingit hos Heroas, ut probabilius sit, Trojanos sic ad eorum adventum perculsos, ut salutem fuga petierint: quanquam accedet Jovis ipsius voluntas, qua timorem ipsi Hectori incutiet. Mira est autem Poëtæ solertia, qui sic derepente viris animos injiciat, ut in momento pene commutentur ab altero habitu in alterum, aut in majorem excrescant. Itaque nihil est huic Scriptorum generi nefas. SPOND.

Ἐυρυόδειος, εία, ειον, *vel* ἐυρυόδειος, υ, ὁ, ἡ, latas vias habens, late patens. Hinc ἐυρυοδείη, *Jon.* ex ἐυρὺς & ὁδός.

v. 636.

Ῥινὸς, ῦ, *h. l.* corium, pellis, cutis.

Βοῶν *pro* βοεῶν, a βοέη, pellis bubula: ſcutum *ſive* clypeus e corio bubulo factus.

v. 638.

Φράδμων, ονος, ὁ, ἡ, conſultus, circumſpectus, ſolers, peritus. a φράζω, dico, memoro.

v. 639.

Ἔγνω, agnoſſet.

v. 640.

Ἔιλυτο, obvolutus erat. v. ἐιλύω, tego, involvo, obvolvo.

v. 641.

Ὁμίλεον, verſabantur.

v. 642.

Σταθμὸς, ȣ̃, ὁ, *h. l.* ſtabulum, caula.

Βρομέω, ῶ, fremo, murmuro. a βρέμω, *idem.*

Περιγλαγὴς, έος, ὁ, ἡ, lacte plenus, abundans. ex περὶ & γλαγος, *quo utuntur Poëtæ pro* γάλα, lac.

Πέλλα, *Jon.* πέλλη, ης, ἡ, vas, in quod lac emulgebant, mulctra *ſeu* mulctrale.

v. 644.

Ἄλλ.] *Ut diximus*, *v.* 641.

v. 649.

Αὐτȣ̃ *hic* illic.

v. 650.

Δῃώσῃ, cæderet.

v. 651.

Ὀφέλλειν, augeret.

v. 657.

Φύγαδ' ἔτρεπε, in fugam vertit *ſe.*

v. 658.

Γνῶ γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα, agnovit enim Jovis ſacras lances.] i. e. voluntatem Jovis, cui cedendum. Schol. MS. Lipſ. (& ex eo Euſtathius iisdem pene verbis) laudant brevitatem dicti, qua uſum Homerum, ne & ipſe in tantis rerum anguſtiis ὀφέλλειν μῦθον videretur. Reſpicit Poëta ad dicta *Il.* Θ. 69. *K.* 354. ERN. Homere a déja employé ailleurs cette idée, pour faire connoître que Jupiter tient en ſes mains les ſorts de tous les hommes, & qu'il les peſe avec une balance toujours juſte: & comme ſon lecteur en eſt déja inſtruit, il la paſſe ici en deux mots pour

pour s'accommoder à la vivacité de l'action, qui ne lui donne pas le temps de faire une image plus detaillée. DAC.

v. 661.

Ἄγυρις, εως, ἡ, cœtus, multitudo congregata: *acervus.*

v. 667.

Εἰδ' ἄγε νῦν, φίλε Φοῖβε, Eja age nunc, dilecte Phœbe,] Ce que les Lyciens font pour embaumer le corps de Sarpedon, Homere par une idée tout-à-fait poëtique le fait executer par Apollon même, parce que comme ce Dieu eſt par ſa chaleur la cauſe de la corruption des corps, il l'eſt auſſi de leur conſervation par les aromates qu'il fait naître. DAC.

Κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον, atro ſanguine purga.

v. 668.

Ἐκ βελέων, e telorum acervo *ſublatum.*

v. 669.

Πολλὸν ἀπὸ προφέρων, Procul illinc efferens.

v. 670.

Περὶ - ἕσσον, induito. v. περι - ἕννυμι, induo, veſtio. (aor. 1. imper. Act. *Poët.* pro ἕσον.)

v. 671.

Πέμπε, Deducendum da.

Πομποῖσιν - κραιπνοῖσι, deductoribus - velocibus.

Φέρεσθαι, qui ferant.

v. 673.

Πίονι δήμῳ, *pro* ἐν πίονι δήμῳ. *v.* 683. *in* opulento populo.

v. 676.

Ἀνηκουστέω, ῶ, *cum Gen.* non audio. 2.) *h. l.* non obtempero, non ſum dicto audiens. ab ἀνήκουστος, ου, ὁ, ἡ, qui audiri nequit: qui non audivit. *quod* ex α pr. & ἀκούω, audio.

v. 682.

Ῥα] *Ut juſſi erant.*

v. 683.

Κάτθεσαν, Depoſuerunt.

v. 685.

Μετεκίαθε, inſequebatur.

Μέγ' ἀάσθη, magnum accepit malum: valde læſus eſt. Vid. ad Θ. 237.

v. 686.

Ἐι δὲ ἔπος Πηληϊάδαο φύλαξεν, quod ſi mandatum Pelidæ obſervaſſet,] Sic eſt in rebus humanis comparatum, ut ſalutaria nobis ſuggeſta conſilia exitum ſuum non ſortiantur, cujus rei cauſa plane cœleſtis eſt. Et certum eſt, quod vulgo noſtrates dictitant: *Proponit homo, diſponit Deus.* Solet enim ille ſtatuta mortalium non raro refringere, ut diſcat noſtra imbecillitas non tam ingenio ſuo, quam ſummi illius moderatoris voluntate niti, in cujus poteſtatem deliberationes omnes noſtræ jure veniunt. Exemplum habes luculentiſſimum in hac narratione, ubi Poëta & eventu & γνωμικῶς iſta hic edocet, ut nihil præterea deſiderandum ſit. SPOND.

v. 687.

Ὑπέκφυγε, effugiſſet.

v. 688.

Ἀλλ' αἰεί γε Διὸς κρείσσων νόος, ἠέ περ ἀνδρῶν,

Sed ſemper Jovis validius conſilium, quam hominum.

vel,

Sed ſemper Jovis ſententia ſuperior eſt ſententia hominum.

v. 689.

Φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην, terret, eique victoriam aufert, *vel*, auferre ſolet. Vid. ad *E.* 770.

v. 691.

Ἀνῆκεν, exſtimulavit.

v. 692.

Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα] Cette apoſtrophe d'Homere eſt pleine de tendreſſe & de force. Ce Poëte, emporté tout d'un coup par l'eſprit poëtique, s'adreſſe à Patrocle mort comme s'il étoit encore vivant, & par là il rend ce Héros immortel & le traitte comme un Dieu. Ce paſſage a fourni à *Demoſthene*, grand imitateur d'Homere, l'apoſtrophe que *Longin* rapporte dans le *Chap. XIV.* & dont il fait ſi bien ſentir la beauté. DAC.

v. 697.

Φύγαδ' ἐμνώοντο, in fugam *eundi* memores fuere.

v. 698.

Ἕλον, cepiſſent.

v. 699.

v. 699.

Περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν, ſupra modum enim ante alios haſta furebat. θύω *hic* furo, impetu furibundo feror. Plene eſt *Iliad.* P. 171. Conf. BOS *Ell. Gr. p.* 25.

v. 701.

Ἔςη, Stetiſſet.

v. 702.

Ἀγκῶνος] νῦν, τῆς τῦ τείχυς ἐξοχῆς. *Schol.*

Βῆ, ſcandebat.

v. 703.

Ἀπεςυφέλιξεν, aſpere exceptum deturbavit.

v. 707.

Χάζεο, Recede.

v. 708.

Πέρθαι, vaſtatum iri: expugnari. perf. infin. Paſſ. *Jon.* pro πεπέρθαι, v. πέρθω, vaſto.

Ἀγερώχων] Ἄγαν ἐντίμων, πολεμικῶν. Σημαίνει δὲ ἀλαχῦ, αὐθαδῶν, καὶ ὑβριςῶν. *Schol.* Vid. ad *B.* 654.

v. 713.

Δίζω, ambigo, dubito.

Αὖθις ἐλάσσας, iterum actis equis.

v. 714.

Ὁμοκλήσειεν, clamore imperaret.

Ἀλῆναι, congregari. Vid. ad *E.* 823.

v. 721.

Μάχης ἀποπαύεαι, a pugna ceſſas.

Τί, omnino.

v. 722.

Αἴθ' ὅσον ἥσσων εἰμὶ, τόσον σέο φέρτερος εἴην,

Utinam, quanto ſum inferior, tanto te ſuperior eſſem!

v. 723.

Τῷ κε τάχα — Tum profecto ſtatim —

Στυγερῶς, tuo malo.

Πολέμυ ἀπερωήσειας, a pugna receſſiſſes.

Ἀπερωέω, ῶ, cohibeo. 2.) diſcedo. ex ἀπὸ & ἐρωέω, eo.

v. 724.

Ἔφεπε — in — impellito.

v. 725.

Ἕλῃς, interficere potueris.

v. 728.

Πεπληγέμεν, verberantem agere. *Jon.* pro πεπληγειν, v. πεπληγω, percutio, ferio. a πλήσσω, *idem.*

v. 729.

Ἐν — Ἧκε, Immisit.

Κλόνον, perturbationem.

v. 731.

Ἔα, omittebat.

v. 732.

Ἔπεχε, in — dirigebat.

v. 734.

Λάζομαι, capio, prehendo, arripio, corripio.

v. 735.

Μάρμαρος, ου, ὁ, ἡ, albus, candidus.

Τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψεν, quod (saxum) ejus manus capiebat.

v. 736.

Ἐρεισάμενος, connixus.] πᾶσαν δύναμιν εἰσενεγκάμενος, καὶ ἐπιπεσών. *Schol.*

Χάζετο Φωτὸς, aberat a viro, *quem petierat.*

v. 737.

Ἀλίωσε, frustra misit. v. ἀλιόω, vanum *seu* irritum reddo. ab ἅλιος, ου, marinus. 2.) vanus, irritus.

Βέλος] νῦν φησι τὸν λίθον. *Schol.*

v. 738.

Ἀγακλῆς, ῆος, ὁ, ἡ, valde celebris, inclytus, illustris. ex ἄγαν & κλέος, κλέυς, τὸ, gloria.

v. 740.

Σύνελεν, confregit. aor. 2. ind. v. συναιρέω.

Ἔχεν, restitit: impedivit.

v. 744.

Ἐπικερτομέω, ῶ, maledictis *seu* probris incesso super aliqua re. 2.) falsum timorem incutere alicui cupio. 2.) deludo, derideo. ex ἐπὶ & κερτομέω, ῶ, convicior.

Ἐπικερτομέων] Livianum illud *simul verbis increpans*, quo in tali re uti solet, hinc ductum videtur. ERN.

v. 745.

Ἐλαφρὸς, levis, celer, velox, agilis.

Ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ, quum ita facile urinatur.

Κυβιστάω,

Κυβιςάω, ῶ, in caput me dejicio, iu caput falto. urinor, præcipito me, *propr.* in aquam. ruo, irruo, *ut* in hostes, in tela. a Κυβίζω, cubum facio.

v. 746.

Γένοιτο, esset.

v. 747.

Τήθεα, ων, τὰ, ostrea. a τῆθος, εος, τὸ, ostreorum genus. *quod* a τηθὺς, ύος, ἡ, terra.

Διφάω, ῶ, quæro, investigo.

v. 748.

Δυσπέμφελος, ε, ὁ, ἡ, trajectu difficilis. 2.) *h. l.* valde turbatus, tempestuosus. ex δὺς & πέμπω, mitto.

v. 747. 748.

Piscatui etiam veteres Heroas fuisse addictos, *Athenæus Lib. I.* arguit ex sociis Ulyssis, *Odyss. XII. v.* 331. *sq.* qui venati

Ἰχθῦς ὄρνιθάς τε φίλας ὅ, τι χεῖρας ἵκοιτο,
Γναμπτοῖς ἀγκίςροισιν, — — —
Pisces avesque charas, quodcunque in manus venisset,
Uncis hamis. — — — —

Eo refert, quod *Il. V.* 487. *sq.* Sarpedon Trojam in potestatem hostium redactam retis capturæ similem dicit.

Μήπως ὡς ἀψῖσι λίνε ἁλόντε πανάγρε,
Ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.
Ne forte veluti nexibus lini capti omnia trahentis,
Hostibus captura & præda sitis.

Alii ad aves hoc referunt, nonnulli ad feras. Sed enim & *ostreorum* capturam *Homerus* aperte docet *h. l.* ubi Cebrionis lapsum e curru confert cum urinatore desiliente e navi.

Πολλὺς ἂν κορέσειεν ἀνὴρ ὅδε τήθεα διφῶν,
Νηὸς ἀποθρώσκων· — — — —
Multos satiare posset vir hic ostrea quærens,
Nave desiliens. — — — —

FEITH. *L. IV. C. II. §. IV.*

v. 750.

Κυβιςητὴρ, ῆρος, ὁ, saltator, qui se in caput dejicit, urinator a κυβιςάω, ῶ. Ἐν *hic* inter.

Ἔασιν, sunt.

v. 751.

Ἐπὶ (*seq. Dat.*) βεβήκει, invasit. (*seq. Acc.*)

v. 752.

Ὄιμα, ατος, τὸ, impetus in aliquem. *pro* ὄιμημα. ab ὀιμάω, impetu feror *vel* impetum facio in aliquem.

v. 753.

Ἔβλητο, Vulneratur.

Ὤλεσεν, perdit.

v. 754.

Ἆλσο μεμαὼς, insiliisti ardens.

v. 756.

Τὼ περὶ — Hi duo de —.

Δηρινθήτην, pugnabant. ab *inusit.* δηρίνω, contendo; pugno.

v. 757.

Ὥτ' ὄρεος — Qui *in* montis —.

v. 758.

Μέγα φρονέοντε μάχεσθον, magnis animis pugnant.

v. 761.

Ἱεντ', *pro* ἵεντο, Cupiebant } N. 501.

Ταμέειν, incidere.

v. 762.

Κεφαλῆφιν — λάβεν, capite — prehendit.

Μεθίει, dimittebat.

v. 763.

Ἔχεν ποδὸς, tenebat pede.

v. 765.

Ἐριδαίνετον ἀλλήλοιιν, certant inter se.

v. 766.

Πελεμιζέμεν, concutere. v. πελεμίζω. Δ. 535.

v. 767.

Τανύφλοιος, ου, ὁ, ἡ, corticosus, corticem habens amplum *seu* longum, *i. e.* longa & ampla arbor. ex τανύω, *idem quod* τείνω; & φλοιὸς, ου, ὁ, cortex.

Κρανεια, *vel* κρανεία, ας, ἡ, cornus, *arbor.*

v. 768.

Πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον, altera alteri affligunt.

v. 769.

v. 769.

Πάταγος — fragor *exoritur.*

Ἀγνυμενάων, inter frangendum, dum franguntur.

v. 770.

Ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες, mutuis assultibus.

v. 771.

Οὐδ' ἕτεροι, neutri vero.

v. 774.

Ἐστυφέλιξε, contuderunt.

v. 775.

Στροφάλιγξ, γγος, ἡ, conversio, vertigo, gyrus, vortex. a στροφαλίζω, *idem quod* στρέφω, verto.

v. 776.

Μεγαλωστὶ, *adv.* late, ingenti spatio.

Ἱπποσύνη, ης, ἡ, ars *sive* peritia equitandi. ab ἱππόσυνος, ε, ὁ, equester.

v. 779.

Μετανείσσομαι, *sive* μετανίσσομαι, *item* μετανείσομαι, mutato loco vado, transeo. ex μετὰ & νείσσομαι, *seu* νίσσομαι, *idem quod* νέομαι, eo, redeo.

Βουλυτὸς, ου, ὁ, tempus, quo boves solvuntur a jugis: *igitur* tempus vespertinum. ex βοῦς & λύω, solvo.

ERN. *Clav. Cicer.* in *Ind. Græco-Lat.* voc. Βούλυσις, *vespera, tempus, quo boves ab aratro solent solvi.* ad Att. XV. 27. Ex Homero intelligi potest, veteres tempora diei appellasse ab iis rebus, quæ agi solerent. Et quoniam rustica tunc temporis vita erat hominum, ab opere rustico nomina partibus diei tribuerunt. Vespera igitur dicta βούλυσις sive βουλυτόν.

v. 780.

Ὑπὲρ αἶσαν, præter fatum.

Φέρτεροι, superiores.

v. 782.

Ἐνοπὴ, tumultus.

v. 790.

Ἀντιβολέω, ῶ, occurro, obvius venio.

v. 792.

Καταπρηνὴς, έος, ὁ, ἡ, pronus, declivis, dependens.

Στρεφεδινέω, ῶ, in gyrum ago. στρεφεδίνηθεν, vertigine correpti sunt. ex στρέφω & δινέω. Oculi alicui dicuntur στρεφεδινεῖσθαι, cum vertigine corripiuntur *seu* circumaguntur.

v. 795.

Μιάνθησαν, fœdatæ sunt.

Ἔθειρα, ας, ἡ, coma, cæsaries. 2.) *h. l.* juba equorum.

v. 799.

Ῥύετ', Tuebatur: protegebat.

v. 800.

Φορέειν, ferendam.

Σχεδόθεν, *adv.* prope, cominus. a σχεδὸν, *idem.*

Ὄλεθρος, exitium: mors.

v. 801.

Ἄγη, fracta est.

v. 802.

Κεκορυθμένον, *ære* præmunita (hasta.) scil. χαλκῷ. quod plene habet *Il.* Γ. 18. Δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ. Item in δεδαϊγμένος *Il.* Τ. 319. teste *Eustathio*, subauditur χαλκῷ. BOS *Ell. Gr. p.* 360.

v. 803.

Τερμιόεις, όεσσα, όεν, ad pedes usque demissus. talaris. a τέρμιος, ία, ιον, finalis, ultimus. *quod* a τέρμα, τος, τὸ, terminus, finis.

Τελαμὼν erat lorum coriaceum, & aliquando virga ahena, clypeum trajiciens, qua parte humeris pendebat, pro more antiquo; ut observat *Eustathius* ad *Iliad. B.* Hinc *Homerus* ait:

— — — αὐτὰρ ἀπ' ὤμων
Ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ πέσε τερμιόεσσα.
— — — *sed ab humeris*
Clypeus cum loro in humum cecidit talaris.

POTT. *Tom. II. p.* 28. *sq.*

v. 805.

Ἄτη, ης, *h. l.* stupor.

Εἷλε, occupavit: cepit.

Λύθεν—

Λύθεν - ὑπὸ, soluta sunt: debilitata sunt.

v. 808.

Ἡλικία, ας, ἡ, statura, ætas: adolescentia, juventus.

Ἡλικίην ἐκέκαστο — supra æquales ornatus erat —, æquales superabat —.] Non vult ab ignavo homine percuti Patroclum Poëta, itaque Euphorbum istum breviter commendat a jaculandi equitandique peritià, ac pedum velocitate, (quam laudi militi dari, non est huic Vati novum,) quanquam decus illud videtur hac dolosa hostis vulneratione perimi. SPOND.

v. 810.

Βῆσεν, deturbavit. *Jon.* pro ἔβησεν. v. βαίνω.

v. 811.

Σὺν ὄχεσφι, curru vectus.

Διδασκόμενος πολέμοιο, discens præliari, *vel* artem præliandi. Atticorum propriam esse loquendi formam, verbis nomina cognata adjicere, in vulgus notum est. — Exinde vero accidit, ut nomen cognatum ἐλλιπῶς sæpe supprimatur, atque ex contextu demum eruatur: Sic Homerus *h. l.* διδασκόμενος πολέμοιο, subint. διδαχήν. &c. BOS *Ell. Gr. p.* 3. *sq.*

v. 822.

Μέγα — ἤκαχε, magno affecit dolore —. v. ἀκάχω, dolore, mœstitia adficio.

v. 823.

Ἀκάμας, αντος, ὁ, ἡ, indefessus, infatigabilis: viribus ingens.

Ἐβιήσατο χάρμῃ, urget pugnâ.

v. 825.

Πίδακος ἀμφ' ὀλίγης, Fonte de exiguo.

v. 826.

Ἀσθμαίνοντα, anhelantem *aprum.*

Ἐδάμασσε βίηφιν, domat vi.

v. 829.

Οἱ ἐπευχόμενος, super eum glorians.

v. 830.

Ἦπου φῆσθα, credidisti utique.

Κεραϊξέμεν, te vastaturum.] πορθεῖν· ἴδιον, τοῖς κέρασι καταβάλλειν. *Schol.* Vid. ad *B.* 861.

Ἀμὴν,

Ἀμὴν, noſtram. *pro* ἡμετέρην. ab ἀμὸς, ȣ, meus; noſter.

v. 833.

Τάων δὲ πρόσθ' Ἕκτορος — pro his enim Hectoris —] τȣ́των δὲ προπολεμȣ́σιν οἱ τȣ̃ Ἕκτορος ἵπποι· τȣ̃τ' ἔστιν, αὐτὸς ὁ Ἕκτωρ ἐπ' αὐτῶν ὀχȣ́μενος. *Schol.*

v. 834.

Ὀρωρέχαται πολεμίζειν, contendunt pugnatum. ὀρωρέχαται eſt perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ὀρωρεγμένοι εἰσί, v. ὀρέγω, extendo.

v. 835.

Ὅς σφιν ἀμύνω, qui ab ipſis arceo.

v. 836.

Ἦμαρ ἀναγκαῖον, *le jour de la captivité*] L'expreſſion Grecque merite d'être remarquée. Homere dit, *le jour de la neceſſité*, ἦμαρ ἀναγκαῖον, c'eſt-à-dire, *le jour de l'eſclavage.* Le jour où l'on eſt forcé de faire tout ce qu'on ne voudroit point, & où l'on eſt reduit à la derniere ſervitude. ἦμαρ ἀναγκαῖον eſt opposé à ἦμαρ ἐλεύθερον, *au jour de la liberté.* Sophocle, imitateur d'Homere, a tiré d'ici ἀναγκαία τύχη, *le ſort de la neceſſité*, pour dire *la ſervitude.* DAC.

v. 839.

Μή μοι πρὶν ἰέναι, — πρὶν δαΐξαι, Ne mihi ante revertere, — quam diſcideris.

v. 844.

Ἤδη νῦν, Ἕκτορ, μεγάλ' εὔχεο. Jam nunc, Hector, magnis verbis gloriator.] Ce diſcours eſt très-fort & digne d'un Héros. Patrocle vaincu & mourant fait voir l'avantage qu'il a ſur ſon ennemi & les raiſons qu'il a de le mépriſer. DAC. Eludit optime Hectoris arrogantiam & jactantiam Patroclus, docens, ſe jam non illius ſola manu cadere, ſed de duplicis Dei robore: a quibus niſi armis ſuis ſpoliatus foret, non erat non ſolum ipſum Hectorem, ſed viginti Hectoras proſtraturus: tanta eſt morienti Heroi viva adhuc generoſitas. Itaque *paulo poſt* dicit

dicit Hectori : Σὺ δέ με τρίτος ἐξεναρίζεις, i. e. *Tu tertius* a Jove & Apolline *me interimis.* Bella ſcilicet gloria & laudis ſeges, in qua demetenda Numina etiam affuiſſe oportuerit. Major itaque Hectoris hac morte, quam ipſi Patroclo, conciliata eſt ignominia. Dicit autem, ſe a Jove quoque armis ſpoliatum, cum tamen unius Apollinis *antea* meminiſſet Poëta. At vero in hanc etiam partem venit ipſe Jupiter, cum generalius animo concipimus, hodierno die Trojanis auxiliari Jovem, & propenſius in illos, quam in Græcos, ferri, ut acta comprobarunt. SPOND.

Σοὶ γὰρ ἔδωκε Νίκην Ζεὺς Κρονίδης] Il met Jupiter avec Apollon, Jupiter comme l'auteur & le maître du Deſtin, & Apollon comme celui qui execute ſes ordres. C'eſt pourquoi il met plus bas, *le fils de Latone ſecondé par mon cruel Deſtin*, c'eſt-à-dire, ſecondé par Jupiter même, dont les decrets ſont la deſtinée des hommes. DAC.

v. 847.

Ἀντεβόλησαν, occurriſſent.

v. 848.

Αὐτόθ' ὄλοντο, hic periiſſent.

v. 850.

Ἀνδρῶν, E mortalibus : ex viris.

v. 852.

Δηρὸν, *adv.* diu.

Βέῃ, in vita progredieris. *pro* βιώσῃ. a βιώσομαι, *pro quo* βείομαι, ut X. 431. & omiſſo ι *metri cauſa* βέομαι.

Ἀλλά τοι ἤδη Ἄγχι παρέστηκεν θάνατος κ. τ. λ. ſed tibi jam Prope adſtat mors &c.] Homere fait prophetiſer ici Patrocle, parce qu'il étoit de l'opinion de ces anciens Philoſophes qui croyoient que l'ame dans le moment qu'elle va ſe degager des liens du corps qui la retiennent dans d'épaiſſes tenebres, lit ſeurement dans l'avenir & voit tout en Dieu, à qui elle commence à être reünie. C'étoit auſſi le ſentiment de *Socrate* qui allant à la mort dit aux

aux Atheniens dans son apologie : *Je veux vous predire ce qui vous arrivera ; car me voila dans le moment où les hommes ont les vûës les plus sûres & sont plus capables de prophetiser , &c.* DAC.

v. 854.

Δαμένθ', domando : necando.

v. 856.

Ῥέθος, εος, τὸ, membrum, quævis pars corporis.
Ἄϊδος δε βεβήκει, ad orcum descendit.

v. 857.

Ὃν πότμον γοόωσα, suam sortem lugens.
Ἀνδροτὴς, ῆτος, ἡ, virilitas, virilis fortitudo, robur virile. *Alii legunt* ἀδροτῆτα· ab Ἀδροτὴς, ῆτος, magnitudo : robur : proceritas. ab ἀδρὸς, ρὰ, ρὸν, multus, magnus, validus.

v. 861.

Φθήη — ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι, Præveniat — animum perdere : Prior — animam perdiderit. Φθήη, aor. 2. subj. Act. *per Epenthes.* τῦ η, pro Φθῆ, v. Φθῆμι, *pro* Φθάω, prævenio.

v. 864.

Μετ' — βεβήκει, in — ibat.

v. 867.

Οὓς Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν, quos Peleo dii dederant.] Car aux noces de Thetis & de Pelée, tous les Dieux selon la coutume firent des presens au marié. Neptune lui donna des chevaux, Vulcain des armes, &c. DAC.



IN

IN P. ILIADIS.

v. 4.

Ἀμφὶ — αὐτῷ βαῖν', Ipſum circumiens protegebat.

Ἄρ] *Ut par erat.*

Πόρταξ, ακος, ὁ, ἡ, vitulus, vitula, juvencus, juvenca. a πόρτις, ιος, ὁ, ἡ, *idem.*

v. 5.

Πρωτοτόκος, ου, ἡ, quæ primum peperit, primipara, primum enixa. πρωτότοκος, ου, ὁ, ἡ, primogenitus, qui primo partu editus fuit.

Κινυρὸς, ρὰ, ρὸν, lugens, querulus, lamentabilis, funeſtus. a κινύρομαι, voce querula lugeo *ſeu* lamentor, lugubri voce queror.

Εἰδυῖα τόκοιο, experta partum.

v. 7.

Πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔχε, Prætendit autem ipſi haſtamque —.

v. 10.

Ἄρ] *Proinde* —.

v. 16.

Τῷ, Quare.

v. 19.

Καλὸν, honeſtum, decorum *eſt.*

Ὑπέρβιον, *adv.* ultra vires: ſuperbe. *Schol.* ὑπερβίως, ὑπερηφάνως. ab ὑπέρβιος, ου, ὁ, ἡ, omnem vim excedens.

Εὐχετάομαι, ῶμαι, *h. l.* glorior, jacto me.

v. 20.

Πόρδαλις, ιος, *Jon.* pro πάρδαλις, εως, ἡ, pardalis, panthera. a πάρδος, ου, ὁ, pardus.

v. 23.

Φρονέουσιν, ſpirant: ſuperbiunt.

v. 25.

Ἀπόνημαι, utilitatem ex aliqua re capio, fructum alicujus rei percipio, fruor. ex ἀπὸ & ὄνημαι, juvor.

Ὄνημι, ὄναμαι, vitupero, probris inceſſo, deſpicio.

Ὑπομένω, exſpecto.

v. 27.

Κιόντα, reverſum.

v. 32.

Πρίν τι κακὸν παθέειν, Antequam aliquod malum paſſus fueris.

— — Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

— — *Factum vero & ſtultus agnovit.*

Les fous ne connoiſſent le mal, que quand il eſt fait. DAC. Sapientiæ eſt & prudentiæ, ſibi ita providere, & tam caute rem ſuam agere, ut nullus ſit poſt factum pœnitentiæ locus; alioqui ſera eſt illa cautela, qua tum demum inſtruare, cum res confecta eſt. Sic Epimetheus poſt apertam Pandoræ pyxidem ſapuiſſe dicitur, unde ἁμαρτίνοος & ὀψίνοος appellatur. Sic quoque Phryges, ut eſt apud *Andronicum.* Sic piſcator ille apud *Sophoclem*, ut retulit *Zenodotus*, læſus a piſce ſcorpione. Itaque eventum ſtultorum magiſtrum Fabius apud *Livium* appellavit. Primus autem *Homerus* hæc omnia edocuit hac ſententia, quam item *Heſiodus* paululum immutatam enuntiavit:

— — παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

— — ſtultus vero malo ſuo diſcit.

Ἔργ. καὶ Ἡμερ. *I.* 216. Repetit *Homerus* ipſe infra *Iliad.* Υ. SPOND.

Ῥεχθὲν, τὸ, factum. a ῥέζω, facio.

v. 34.

Τίσεις Γνωτὸν ἐμὸν, ultionem dabis Fratri meo, pœnas dabis pro Fratre meo.

v. 36.

Solenne fuit ante nuptias domum ædificare; unde *h. l.* uxor, quæ ſtatim poſt nuptias virum amiſit, dicitur ab Homero *nova in domo vidua.*

Χήρωσας δὲ γυναῖκα μυχῷ θαλάμοιο νέοιο,

Viduaſti autem uxorem in conclavi thalami recentis.

POTT. *Tom. II. p.* 226. *ſq.* Vid. etiam ad *B.* 701.

v. 37.

Ἀρητὸς, ἡ, ὸν, funeſtus, noxius, pernicioſus. ab ἀράομαι, damno adficio. Pro ἀρητὸν *alii* legunt ἄῤῥητον, quod, ut *Cel.* ERN. inquit, certe eſt uſitatius epitheton & aptius, in tali re, quam ἀρητόν. Eſt autem

Ἄῤῥητος, ȣ, ὁ, ἡ, non dictus, inauditus, ineffabilis. ex α pr. & ῥέω, dico.

Γόος,

Γόος, ȣ, ὁ, luctus.
Ἔθηκας, fecisti.

v. 38.

Δειλὸς *h. l.* miser.
Καλάπαυμα, αῖος, τὸ, requies. 2.) *h. l.* finis. v. καταπαύω, coerceo: finio.
Γενοίμην, essem: fierem.

v. 39.

Ἐνείκας, ferens, reportans. Vid. ad *I.* 306.

v. 40.

Ἐν χείρεσσι βάλω, in manus dedero.

v. 42.

Ἀδήριτος, ȣ, ὁ, ἡ, non contentiosus, contentione carens. *h. l.* prælii *vel* certaminis expers. ex α pr. & δῆρις, εως, ἡ, pugna, prælium, contentio.

v. 47.

Στομάχοιο θέμεθλα, gulam imam.

v. 48.

Ἐπὶ - ἔρεισε, connixus imprimebat: nixus est.

v. 50.

Δȣπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 147. sq.

v. 51.

Αἵμαλί οἱ δεύοντο κόμαι, Sanguine ei rigabantur comæ.
Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, Gratiis similes.] ἀντὶ τȣ̃, ταῖς τῶν Χαρίτων κόμαις ἴσαι. *Schol.*

v. 52.

